UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ambrosius Calepi/||nus Bergomates: professor de||uotus ordinis Eremitarum sancti Au/||gustini: Dictionum latinarum e greco || pariter diriuantiu[m]: earu[n]de[m]q[ue] interpre/||tationu[m] collector ...

**Calepino, Ambrogio**

**[Wien], 1512**

**VD16 VD16 C 227**

M

urn:nbn:de:hbz:466:1-97871

Visual Library

M Tranſit per deriuationes in n.d.vel t.vel c.vel q.ſequentibus: vt tantū tãtundẽ. Idem identidẽ. Eorum eorundem. Num nūcubi:nunquis:nunq;:circūquaq;: tanq;:nanq;:quẽq;:quãq;: quicūq;. Similiter am.prepoſitio ſequẽtib⁹ f.vel c.vel q.mutat m.in n. vt anfractus ⁊c̃. Uide in dictione anfractus.

## M Ante A

Macarius nomen viri ꝓpriū:et latine dici põt beatus macarius mos beatitudo.

Macedonia regio a macedõe Oſyridis Jouis filio dicta eſt. Habet macedonia ab oriente thraciū limitẽ. Ab occaſu Joniū pelagus:a Meridie epiro t̃minatur:A ſeptẽtriõe habet Dalmacię partẽ. Hęc (teſte Plinio lib.xlj.) olim centū quinquaginta populorū duobus inclyta regibus Philippo .ſ. et Alexãdro: quondãq; terrarū imperio.

Macedo pe.cor.qui macedoniã habitat. Luca.lib.vj. Cum tibi ſacrato macedo ſeruet̃ in antro.

Macedonicus ca. cum. poſſet ſumi a macedonia. Uñ mare macedonicū: quod eſt Aegei pars: et incipit a pallene monte qui thracię finem facit. Extendit̃ vſq; Megaram:quo Iſthmos interpoſit⁹ miſceri Aegeum Jonio nõ permittit. Cuius littora a ciuitatibus nomen accipiunt.

Macellum locus quo venalia omnia quę ad victū humanū pertinebant contrahebant̃. Plautus in aul. Uenio ad macellum: rogito piſces: indicant caros: agninã caram:carã bubulã:vitulinã cetum:porcinã: cara omnia. Cice. Si epicuri de voluptate liber coroſus eſſet: putarẽ annonã in macello cariorẽ fore. Dictū macellū a Macello quodã viro : qui in vrbe latrociniū exercebat:quo damnato cenſores hemylius et Fuluius ſtatuerũt vt in domo eius obſonia vẽderentur redactis in fiſcum eius bonis. Alij macellū dicunt ꝙ ibi fuerit hortus: quẽ macellū a lacedemonijs appellatum ferunt. et Jones oſtia hortorū macellotas vocabãt. Donatus a mactandis pecoribus deriuat. Sunt et qui a macerando dici exiſtiment:ꝙ pecora dū eo ducunt̃:ibiq; tenentur: macerant̃. Uñ ⁊ macellū diminutiuū pro macilento ponit̃. Lucil. li.vj. Si noſtri nõ magnus hõ eſt naſutus macellus.

Macellarius qui macellū exercet non ſolū carnium ſed omniū obſoniorū:quinetiã panis ⁊ frumẽti vẽditor: quippe hęc omnia in macello venundabant̃. Uarro. Duo ſunt ornithonis genera. Unum delectationis cauſa. Alterū fructus cauſa quo genere macellarij ⁊ in vrbe quidam habent loca clauſa et rure maxime conducta.

Macer cra.crum. a merore fit: et exilem extenuatumq; ſignificat. Uirg. Heu heu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in eruo. Colu.lib.ij. Nã vel pinguiſſima vel macerrima humo iacitur.

Macies macritudo et macor extenuationẽ ſignificant. Apul. Unde iſta tam ſubita macies ⁊ tantus pallor Pla. Oſſa atq; pellis: vt miſer macritudine. Pacu. Corpuſq; meū tali merore errore macore ſonet.

Macilentus plenus macie. Feſtus. Macilenti macie attenuati.

Macreo es.macer ſu;:a quo macreſco:macer fio. Col. lib.vj. Dabimuſq; operã ne penuria cibi macreſcat pecus. Uar. Qui earū aſpectus ad deſideriū macreſcere facit volucres incluſas.

Maceo ces.macui: idem quod macreo:a quo maceſco maceſcis macer fio. Col.lib.ij. Cõſtat arua ſegetib⁹ cis ſc; ordei maceſcere. Uar. Tum ꝓpter laborem aſperantur et maceſcunt.

Macio as.macrū facio. Cuius cõpoſitū eſt emacio:qḋ eſt valde macio. Col.lib.v. At certe in ordinarijs vitibus vtiq; obtinendū eſt ne pluribus flagellis emacient̃ niſi ſi futuris ꝓpaginib⁹ proſpiciemus.

Macero macerae cum ad corpus refert̃ ſignificat attenuo/contero:ab eo quod eſt macer. Hora.lib.j.car. Quoniã penitus lentis maceret ignib⁹. Pla. in ca. Multos iſte morbus homines macerat. Cum autẽ ad animū ſignificat affligo. Lact.lib.vij. Nec ad oculos ſomnus accedet ſed animas hominū ſollicitudo ac vigilię macerabit. Proprie tñ macerare eſt mollificare: vt fit cū quippiã tam diu in aqua tenet̃ donec tenereſcat. Terẽ.in adel. Salſamenta hęc o ſtephanio fac vt macerentur pulchrę. Colu.lib.j. Piſcinas duas: alterãq; anſeribus pecoribuſq; ſeruiat: alterã in qua lupinū:vlmi vimina ⁊ virgas atq; alia q̃ ſunt vſibus noſtris apta maceremus.

Macereſco maceratus fio. Cato de re ruſti. Frumento curgulio ne noceat neu mures tangant lutū de amurca facito:palearū paululū addito:ſinito macereſcãt.

Macro cras.cuius cõpoſitum eſt emacro: qḋ eſt valde macer fio. Plini.lib.xviij. Terrã emacrari hoc ſatu .ſ.milij exiſtimantes.

Maceria ⁊ maceries paries ſiue murus vel congeries lapidū in vnū cõpactorū ſine cemento:aut alio genere ferruginis quo vinee claudi ſolent. Terẽ.in adel. Jube hanc macerië dirui. Uar.tñ aliter lib.iij. Quis ignorat ſepta e macerijs ita eſſe oportere in leporario: vt tectorio tecta ſint et ſit alta . Cato de re ruſti. Macerias ex calce cementis ſilice vti dñs omnia ad opus p̃beat. Qñq; maceria dr̃ mẽbrana ſecūdinarū quã alio noĩe ſterã appellant. Hiero.in Gẽ. Quare diuiſa eſt ꝓpter te maceria? Et maceries dicit̃ macilẽtia. Afra. Si ille hoc nũc ſentit facere illi ſatis vis quãta illius mors ſit maceries tibi.

Macto as.interficio. Lactã.lib.ij. Mactantur greges hoſtiarū. Plaut. in Amphit. At ego certe cruce excruciatum mactabo. Tractū eſt a ſacris vbi mactari oues dicunt̃ quę immolant̃. Uirg. Et nigram mactabis ouem:lucumq; reuiſes. Dictū eſt autẽ macto: quaſi magna auctoritas: hoc eſt augeo. Nã priuſq; victimã immolarent thus aut vinū ſuper eam fundebant. Uñ mactū eſſe taurum dicebãt thure vel vino cumulatã hoſtiã ⁊ magis auctam. Hinc mactare magna augere veteres vſurparũt. Cic. Ferunt laudib⁹: mactant honoribus . Per tranſlationẽ qñq; mactare ponit̃ pro malo afficere: ſeu male tractare. Plau. in aul. Dotate mactãt malo ⁊ damno viros. Qñq; pro p̃cipitare. Accius. Aut illorū copias fundam in campo:aut nauis vr̃as mactabo in mare. Quãdoq; ꝓ honorare. Plau. Tamẽ honeſte mactatū reducã domū. Qñq; ꝓ verberare. Unde legimus de martyribus primo ⁊ feliciano. Extenderunt eos milites ⁊ virgis fortiter mactauerũt.

Mactus cta.ctum.tam cū genitiuo q̃ ablatiuo ꝯſtruit̃ ⁊ vocatiuo ſemꝑ: vt macte virtutis ⁊ virtute .i.magis aucte cumulateq; Eſt aũt dictio quę laudet ſimul et adhortetur puerum quem probitate creſcere videat. Sanguinolentus etiam ex acie redeuntibus dicitur. Mar.macte animi quem rarus habet morumq; tuorum. Syl.lib.v. Lelius affatur macte o veneranda pudici. Ductor macte animi. Cic. Macte virtute eſto. Hieron. Macte virtute:macte ȥelo fidei. Pli. in laudem aſtrologorum . Macti ait ingenio et celi interpretes rerũq; naturę capaces. Sta. lib.vij. th. Macte animo iuuenis .i. ꝑfecte indolis: vt exponit laertius interpres.

Machaon Aeſculapij filius frater podalirij medicus clariſſimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mache latine pugna. Inde Naumachia.

Machera cum diphthon. Nā grece μαχαιρα latine ſicca: gladius culter qđ nomen impoſitū eſt a grecis quia multo ſanguine cōmaculet. Iuue. Ames nomē victūqꝫ machere. Inſtrumentū ē ad ſcindendū ſimul ⁊ vulnerandū. Apul. lib. ix. de aſi. Cōminabatur ſeſe conciſurū cū machera fruſtatim. Quo ſermone eius cō monefactus hortulanus eripit ei ſpathā.

Macheropios faber gladiorū quo noīe dictus eſt Demoſthenis pater ab officina gladiorum quā athenis egregiā multiſqꝫ artificib⁹ ſeruis inſtructā ꝓhabebat.

Macherophorus ſiccarius gladiū ferens. Cice. ad Q. fratrem macherophorus centū ſequentibus miros riſus nobis edidere.

Macteę dicunt̄ ꝓcioſa ędulia. Sueto. de Cali. Mult' venenatas macteas miſit Mar. mactea neu. genere protulit. Sꝫ te mactea ſola iuuant.

Machalaum nomen grecū cōpoſitum ex mache quod pugnā ſignificat ⁊ αλαοσ cecū ⁊ errantē. Oppidū in brictiano agro inſubriū clade nobile.

Maccabeus cum duplici cc. et dipthō. nomē barbarū: quę vocati ſūt illi viri fortiſſimi apud ſacras litteras celebratiſſimi.

Machina penulti. cor. grece μιχανη molitio inuentio. Unde mechanicus faber: ſeu opifex eorū operū quę ingenio ſimul ⁊ manib⁹ fiunt: et mechanica ars fabrilis. Unde artes diuiduntur in liberales et mechanicas. Aſco. Machina dicit̄ vbi nō tam materie ratio ꝙ manus atqꝫ ingenij ducit̄. Machina etiā dr̄ inſtrumentum quo moles aliqua facile quocūqꝫ volueris impelli poteſt. Et machinas bellicas vocam⁹ opera fabrilia quibus in bello vtimur. Item ipſa cōſilia quibus decipere hoſtem conamur: machinę vocantur.

Machinor/imaginor/cogito ad reperiendū et fabricādum tam bonū ꝙ malū. Lactan. libro. ij. Nimirum de⁹ vniuerſi artifex ſic illa diſpoſuit: ſic machinatus eſt: vt per ſpacia cęli diuina ⁊ admirabili ratione decurrerent ad efficiendas ſuccedentiū ſibi temporum varietates. Anarchimedes ſiculus cō cauo ęre ſimilitudinē mundi ac figuram potuit machinari: in quo ita ſolem lunamqꝫ compoſuit: vt inequalis motus et cęleſtibus ſimiles cōuerſionib⁹ ſingulis quaſi dieb⁹ efficerēt. Liui. lib. j. Cōfeſtim turno necē machinat̄. Sal. Iam tum non cōſulibus ſed pleriſqꝫ ſenatorib⁹ perniciem machinabantur. Dicit̄ aūt machinari ab μηχαομαι qđ eſt inuenio. Unde μηχαρημα inuentū ⁊ molimen dicit̄.

Macra fluuius in apennino inter ligurū mōtes ꝑ lunā ciuitatē in Tyrrhenū mare influit.

Macri campi inter Bononiam ⁊ Rauennā per quos Romam itur.

Macros grece latine longus: a quo mlta fiūt cōpoſita.

Macrocola penultima producta a lōgitudine dicunt̄. Sunt eñ eo nomine maiores ⁊ longiores carthę q̄s modo regias vocamus. Nam ⁊ catullus regiā chartam vocat. Ex eadem origine ſunt protocola quę formularij conficiunt.

Macrocoſmus longus mūdus. Microcoſmus paru⁹ mundus.

Macrochir longa manus.

Macrochera tunica manicata. Lampridius. Macrocheras ex purpura ad vſum ſuū reuocauit.

Macroceni montes ab iſtro flumine non longinqui.

Macrobius nomē viri ꝓpriū: latine longeuus dicitur. Nam μακροσ longus: et βιοσ vita dicitur.

Macrobij etiā populi ęthiopię ſunt vltra meroē. vt inquit Solinus quibus dimidio protenſior eſt vita ꝙ noſtra: iuſticiā colunt: amant ęquitatē plurimū valēt robore: et forma pulcherrimi. Ultra hos populos deſertę inhumanęqꝫ ſolitudines ſūt. Apud eos lac⁹ eſt quo perfuſa corpora quaſi vncta niteſcūt: adeoqꝫ liquidus vt ne folia quidē ſuſtineat.

Macrologia longus ſermo.

Macrologeo multa loquor.

Macrocatalectos dictio in longā deſinens.

Macrothymia longanimitas.

Macrothymos longanimis.

Macrochronius diuturnus.

Macula turpitudo ac ſordes. Plinius. Fullones eas maculas e veſtibus tollunt. Qñqꝫ ponitur pro nota ſeu ſigno. Unde genitiue notę in corpore natę dicuntur. Plaut. in cap. Uiden tu illi maculari corp⁹ totū maculis luridis. Quādoqꝫ pro infamia. Cic. Cuius vt adoleſcētię maculas ignominiaſqꝫ ꝓtereā. Qñqꝫ pro retis foramine ſeu plaga: quā vernaculo ſermōe dicimus lamagia. Idem in Uer. acti. ſeptima. Reticulum ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino: minutis maculis plenum roſę. Uarro libro tertio: pro retis poſuit. Septum totum grandibus maculis integit̄ ne eo inuolare aquila poſſit: neue ex ea euolare aues. Quādoqꝫ maculę dicuntur ſigna in marmore. Seneca epiſtola. cxvj. Delectant nos ingentiū maculę columnarum.

Maculoſus/ſordidus/immundus. Plau. Sordida ac maculoſa facie. Item dicitur varius ac not' plenus. Uirgilius. Succinctam pharetra ac maculoſę tegimine lyncis.

Maculo as. i. fedo/turpo. Lactan. lib. v. Innocentium cruore maculantur. Hinc cōmaculo as. et immaculatus: qui eſt ſine macula.

Macticus qui habet magnas malas et os patēs quaſi malucticus.

Madeo/mades/madidus ſum. Pli. lib. viij. Tergoris galeęqꝫ impenetrabilis ꝓterqꝫ ſi humore madeat.

Madeſco is. habet ſignificationē paſſiuā innatam calore intrinſecus ſumpto: vt proprie madeſcere ſit cum quis febri vl' labore ſeu potione ꝑpotētis vini ęſtuat aut aliter ſudorem emittit: licet etiā extrinſecus dici poſſit. Clau. lib. iij. Largis tūc imbrib⁹ ora madeſcūt. Col. lib. vij. Stabulentur ſic eo loco ne humore madeſcant vngulę. Hinc componit̄ permadeſco: quod eſt valde madidus fio. Idē lib. ij. In id tēpus ꝯuenit inter peritos rei ruſ. nō eſſe arandū niſi ſi magnis vt fit nōnunqꝫ ſubitaneis imbribus quaſi hibernis pluuijs terra permaduerit.

Madefacio is. balneo. Lactā. lib. vj. Si focos odorati ac veteris vini perfuſione madefecerint.

Madefio habet ſignificationē paſſiuā extrinſec⁹: vt cū q̇s aqua alio ve liquore balneat̄. Sue. Cū decidiſſet in mare ꝑ ducētos paſſus euaſit ad proximā nauem elata leua ne libelli quos tenebat madefierēt.

Madidus a. um. qđ eſt a liquore reſperſum: hinc ſemimadidus. Col. lib. ij. Sed quādocūqꝫ arabit̄ obſeruabimus ne lutoſus ager tractet̄: neue exiguis nimbis ſemimadidus.

Madido as. madidū ſeu balneatū facio. Claud. lib. ij. Ille nouo madidantes nectare pennas. Concutit et glebas fęcundo rore maritat.

Madefico as. idem quod madefacio. Plini. lib. xxviij. Et ſi cōtra epiphoras feruentes oculorū anguli ſubinde madificentur: efficacius ſi cibo vinoqꝫ ſi pridie ea abſtinuerit.

Mador infuſio ipſa. Sal. lib. iij. hiſt. Quaſi par in oppido feſtinatio ⁊ ingēs terror erat ne ex latere noua munimenta madore infirmarent̄. Nam omnia oppida ſtagnabāt redundātib⁹ cloacis aduerſo ęſtu maris.

Madaura ciuitas in collimitio ſita getulię et numidię: a qua Apuleius mandaurenſis eſt appellatus. Ad hanc vrbem ſcribit Auguſti. libro con. ſe contuliſſe

cū adoleſcēs eſſet diſcendarū ingenuarū litterarum
gratia florente ibi gymnaſio.

Madulſa ebrius: quia madidus ſatis vino ſit.

Mmadian vrbs quedā ab vno filiorū habraam ex Ce/
thura ſic vocata: q̄ teſte Hier. eſt trās arabiā ad me/
ridiē in deſerto ſarracenorū cōtra orientem marꝫ ru/
bri. Vñ vocantur madianei a madianea regio. Legi
mus ꝛ filias Joab ſoceri Moyſi filias madian. Sꝫ
hec alia ciuitas homonyma eius iuxta Arnonen et
Ariopolim: cui⁹ ruine nūc tm̄modo demōſtrant.

Meander cum diphț. qui ꝛ meandrus fluuius phrygie
ſiue Meonie ita ſinuoſus flexibus: vt ſepe credatur
ad fontē reuerti. Per phrygiā currit lidiamq̄ diſter/
minat a Caria. Unde Ouid. li. ix. me. eum phrygiū
appellat. Non ſecus ac liquidis phrygius meander
in vndis. Stra. ſcribit quoniam multū accipiat limi:
et vario impetu: modo ad hāc: modo ad aliā adijciat
ripam. Unde obliquitates omnes meandros vete/
res appellarunt. Cice. in piſo. Scio quos tu mean/
dros queſiuiſti. Eſt etiā picture genus: quod Feſtus
neu. genere meandrū declinat a ſimilitudine mean/
dri. Uirg. Quā plurima circum purpura meandro
duplici melibea cucurrit. Hoc etiam nomine dictus
eſt mons Indie.

Menas cū diph. genus piſcis. Uide in dictiōe mena.

Menas nadis. furioſa ſiue inſana dicit̄ ab μαινομαι
quod eſt furere. Fuerūt autē menades mulieres que
Liberū patrē ſemp̱ ſecute bacchi ſacra celebrabant
paſſis capillis furentiū more huc atq̄ illuc curſitan/
tes. Juue. Crinēq̄ rotant vlulante priapo menades

Menala penultima cor. intellectu ſingulare: voce autē
plurale inquit Priſ. At Diom. docet in ſinglari eſſe
generis maſculini: in plurali neu. Mons archadie
celſus. Uirg. Pinifer illū etiā ſola ſub rupe iacentē
Menalus. Luc. li. iij. Sicanias alpheus aquas tūc
menala liquit. Eſt ꝛ nomen vrbis. Menalius a. um.
quod eſt ex menalo. Unde ꝛ bacchus dictus eſt me/
nalius απο του μαινομαι. quod eſt furere inſa/
nire: ſiue a menalo lycaonis filio. et Aper menalius:
quē hercules Eury. detulit. ſtepha. byçantius μαι/
ναλοσ πολισ αρκαδιασ ἀπο μαιναλου
του λυκαονοσ και ο ροσ ἐστι και ευτηγαλᾶ
τιακτισμα.

Meotis penulti. pro. grece μαιωτισ palus ſcythica
in regione ſeptētrionali iuxta phaſidis oſtiū frigore
congelaſcens. Ouid. lib. iij. de triſ. Longior antiquis
vna meotis hyems. Hinc piſces meotides ſeu meo/
tici dicti qui in meoti capiunt̄.

Meonia lydia ē regio minoris aſie. Unde meones po/
puli hec vocatur regio exuſta. Nā ſicut ſcribit Stra.
Cinerulēta eſt in ſupficie: et tota arborib⁹ caret p̄ter
vitem. Dionyſius ſcribit hanc regionē eſſe ſub altiſ
ſima tmoli mōtis rupe ſitam ex qua pactolus amnis
effluit. Hinc Meonius a. um. Unde Homerus di/
ctus eſt meonius. Mar. Perlege meonio cantatas
carmine ranas. Dict⁹ et meonides a patre qui meon
appellabatur.

Meror inquit Cice. lib. iiij. tuſ. Eſt egritudo flebilis.

Mereo es. meſtus ſum. Uide in dictiōe mereo es. Ca/
per. Meſtus animo ſed triſtis vultu.

Meſticia ꝛ meſtitudo idem qđ meror. Quinti. Dolore
atq̄ animi meſtitia languens. Plautus. Cur tanta
meſtitudo obtigit?

Meſto as. et meſtifico as. meſtū facio. Amb. lib. j. offi.
Cur nō ego etiā dicā in quib⁹ eū meſtificare poſſum?
Ab μοιρα ideo per e.

Mero as. merentē ꝛ triſtē facio. Nā meraret. i. meren/
tem faceret: vetus verbum.

Magar penoꝝ lingua villam ſignificat. Vñ ꝛ magalia
ville dicuntur: q̄uis magaria ſm̄ Ser. dici debeat:
cuius prima producit̄. Uirg. Miratur molē eneas
magalia quondam.

Magide menſe: ſeu coquinarij inſtrumenti gen⁹ habet̄
ꝛ panis ſeu offe genus qđ magida quoq̄ appellant.

Magia fons ſicilie in agro ſyracuſano: quo etiam noīe
incantatio dici latine poteſt.

Maginor aris. quaſi tarde conor ꝛ vngor inquit Feſt⁹.

Magirus penul. pro. latine coqu⁹ dicit̄. Unde Archi/
magirus princeps coquorū.

Magis aduerbiū ſignificat plus: deducit̄q̄ a magnus
et p̄ter naturā aliorū habet neutrū: nam cōparatiua
neutra vim aduerbij habent: vt validi⁹: ſanctius: ma
ius vero nō loco cui⁹ dicimus magis: a quo ſit cōpo
ſitū demagis: qđ ſignificat valde magis: et ꝓ nimis
a veteribus ponebatur.

Magiſtri a magis: et ꝓprie artium p̄ceptores ſūt q̄uis
etiā ad omnes transferri poſſint quibus p̄cipua cura
rerū incūbit. Dicti magiſtri ꝙ magis ceteris poſſint:
vel ꝙ magis q̄ ceteri diligētiam rerum quibus pre/
ſunt habere debent. Hinc magiſtri pagoꝝ ſocietatū:
vicorum collegiorū dicunt̄: qui pagis ſocietatibus
vicis collegijs preſunt. Magiſter equitū dicitur cui
ſumma poteſtas erat in equites: addebat̄q̄ ſp̱ dicta/
tori cui ſumma poteſtas ī populū: a quo ꝛ magiſter
populi dicebat̄. Ponitur etiā magiſter pro cuſtode.
Terē. De filijs relinquūt: q̄ſi magiſtrū. Et magiſter
pecoris cuſtos vocat̄. Hui⁹ diminutiuū eſt magiſtel/
lus. i. paruus magiſter.

Magiſteriū magiſtri dignitas ſeu officiū. Nā magiſte
ria ſic a magiſtro videt̄ deduci: quo modo a miniſte/
rium miniſteria. Sue. de Aug. Auus municipalib⁹
magiſterijs content⁹ abundāte patrimonio tranqui/
liſſime ſenuit. i. officijs municipij ſui.

Magiſtro as. moderor/guberno.

Magiſtratus us. per deriuationem a magiſtris cogno
minatur qui per imperia potētiores ſunt q̄ priuati.
Et modo ſignificat eos qui in poteſtate aliqua ſunt
conſtituti vt ſunt conſules/proconſules/p̄tores/pro/
pretores: et alij qui ciuitates et prouincias regunt:
modo ipſam poteſtatē ſeu officium. Cice. Nam iſtū
in vrbe magiſtratum gerebat. Et magiſtratuum alij
maiores: vt conſules/cenſores/pretores. Alij preter
hos dicebant̄ minores.

Magmata penulti. cor. paſtilli ꝛ maſſe facte ex vngēto
rum fecibus odoris gratia απο του ματτειν quod
eſt terere ꝛ miſcere: vt inquit Pli.

Magmentū veteres dixerūt quaſi maius augmentum
ꝛ auxiliū: qm̄ augebant numerum hi qui accedebant
alienigene vt adiumento eſſent.

Magus dictio perſica: qua apud eos ſignificat̄ ſapiēs.
Sic em̄ perſe magos vocant vt greci ph̄os latini ſa/
pientes galli druydas: egiptij prophetas ſiue ſacer/
dotes. Indi gymnoſophiſtas: et Aſſyrij chaldeos a
chaldea aſie regione. Apud nos vero magus incan/
tator ex officio vocari poteſt: nā cū magi apđ perſas
potiſſimū deorum cultui vacare ſolerent: in tantam
poſtea aucta eſt eorū vanitas vt non ſolum obſerua/
tione ſyderum futura p̄dicere ſed artibus quibuſdā
ꝛ maleficijs: et ſcire ſe oīa ꝛ facere poſſe ꝓfiterent̄.
Hinc magicus ca. cum. quod ad magū ptinet: vt ars
magica. Suidaſ. μαγεια και αστρολογια ἀπὸ
μαγουσ αιων ηρξα το οι γαρ τοι περσαι
μάγωῦ πο τον εγχωριων ονομαζον ται
καὶ μαγουσ αι οι οι αυτοι.

Magnus/grādis: cui⁹ cōparatiuū eſt maior: ſuplatiuū
maximus. A quo multa cōponunt̄.

Magna grecia dicta eſt ea pars italie q̄ a Tarento vſq̄
ad cumas eſt vel vt Plini. lib. iij. refert a locris italie
fronte ad Tarentū vſq̄ protendit̄: ſic dicta ꝙ multe
magneq̄ ciuitates in ea fuerint a grecis cōdite. Au/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctor Iuſti.lib.xx. Uirgi. Effuge cuncta malis habitā-tur mœnia graiis. In ea habitauerūt Architas Pythagoras parmenides et zeno pithagorici philoſophi: ⁊ Aennius poeta. A ꝗbuſdam tota Italia dicta eſt maior grecia. Ouid. in faſt. Itala nam tellus grecia maior erat.

Magnum ſocerum ⁊ magnam ſocrum appellabat vir vxoris ſuę auum: auiamꝗ. Maior ſocer ⁊ maior ſocrus vxoris proauus proauiaꝗ appellatur ⁊ ſic per ſingulos gradus.

Magnalia ſunt ingētia facta ⁊ admiratiōe digna. Hieron. in lib. Exo. State ⁊ videte magnalia domini ꝗ facturus eſt hodie.

Magnificus qui magna fecit. Scribit Ariſt. li. iiii. Eth. et magnificuz dici illum qui in magnis pro dignitate ſumptū facit qui circa publicam magnificentiā impē ſas facit: honorificas veluti in ludis in rebus diis ſacrificatis: in edificiis: in epulo publico: non qui in ſeipſum ſumptuoſus eſt. Eſt ⁊ magnificens a quo magnificentia: que eſt vt Cice. inquit rerū magnarū ⁊ excelſarū cum animi ampla quadā ⁊ ſplendida propoſitione cogitatio atꝗ adminiſtratio.

Magnifico as: extollo. Pli. Magnificat ⁊ vituli ꝗ nōdum herbaz guſtauerint fimū.

Magnas magnatis ⁊ magnatus ati: qui in populo magnus habetur.

Magnata vrbs Hybernię a qua magnate populi vocati ſunt.

Magnes etis: generis maſ. genus lapidis ad ſe ferruz attrahētis. Dictus magnes ab inuētore in Ida primum repertus: de quo Plinius lib. xxxvi. Orpheus αυταρ εγωγε σησ αλοχου κελομαι σεδαη μεναι ει εθεν αγρην ανδροσ απ αλλοτριο ιολεχοσ και δωμαφυλασσοι.

Magneſia macedonię regio: theſſalię annexa. Abeſt ab epheſo: ſicut Plini⁹ lib. v. ſcribit. xv. mil. paſ. A qua magnetes qui ⁊ magneſii populi vocati ſunt. Luc. li. vi. Et magnetis equis mynię gens cognita remis. Eſt ⁊ magneſia vrbs in aſia apud quā Scipio aſiaticus Antiochū regē magna clade affecit.

Magog: nomen viri filii Aphet propriū: a quo vt Ioſephus ait libro. i. Magoge dicti ſunt: qui a grecis Scythe dicuntur.

Maguderis vt Priſ. li. vii. inquit. Frugis id eſt caulis genus qui naſcit̄ ex ea parte cuius radix ſirpis auellitur hanc caulem laſerpitii quidā exiſtimant. Plau. in Ru. Seu tibi confidis fore multam maguderim. Laſerpitiū autē herbā eſſe nōnulli arbitrant̄: vt Plini⁹ lib. xix. teſtat̄. Legit̄ ⁊ Magudaris. Col. lib. vii. Facit ⁊ radix quā gręci vocant μαγουδαρην vulgus autē noſtra ꝯſuetudine laſerpitiū appellat.

Maieſtas a magnitudine dicta eſt: Eſt eñ decus amplitudo ⁊ dignitas vel populi vel ſenatus vel principis imperatoris ve: aut etiā priuati magni viri. Uñ maieſtatis crimen iuriſconſulti diffiniūt qđ aduerſus populum Romanū: vel aduerſus ſecuritatē eius cōmittitur. Et rei maieſtatis dicunt̄ qui eiuſmodi crimē cōmittūt. Maieſtas quoꝗ dea credita eſt honoris ⁊ reuerētię filia: de qua Ouid. Donec honor placidoꝗ decens reuerentia vultu Corpora legitimis impoſuere toris. Hinc ſacra maieſtas que mundū temperat oēm. Quaꝗ die partu eſt ędita magna fuit. Nec mora concedit medio ſublimis olympo. Aurea purpureo conſpiciēda ſinu.

Maiales porci caſtrati. Uar. Uerres cōmodiſſime anniculi vtiꝗ nec minores ꝗꝫ ſemeſtres. Quo facto nomen mutant atꝗ e verberibus dicunt̄ maiales.

Maiores itelligi poſſunt quicūꝗ aui abaui ꝓaui ataui tritaui ⁊ ante hos i infinitū: ſicut minores ꝗ etiā poſt trinepotes futuri ſunt. Cice. Ego meis maiorib⁹ virtute ꝓluxi: vt ſi prius noti nō fuerint a me incipiāt habere initiū memorię ſuę. Uirg. Hunc letū tyriiſꝗ diē troiaꝗ ꝓfectis eſſe velis noſtroſꝗ huius meminiſſe minores. Non ſolū minores hi dicunt̄ ſed etiā poſteriores ⁊ poſteri ⁊ nepotes: ſicut hii qui ante nos fuerūt maiores ⁊ ſupiores ⁊ patres et aui appellantur. Et tā maiores ꝗꝫ minores in hac ſignificatiōe tm̄ pluraliter declinant̄: maiores magiſtratus ſunt cōſules pęnes quos faſces ſunt. vel qui priores facti ſunt: maior pretor dicitur Urbanus: minores ceteri: maiores flamines dicebantur patricii generis minores plebei maior auūculus: aui ⁊ auie auūculus. Sic maior patruus: maior amita.

Maius menſis a maioribus dictus eſt: quia vt inquit Macro. maioribus conſecratus erat: quoꝝ conſilio reſp. gerebat̄ ſicut iunius a iuniorib⁹ qui rem armis gerebant. Poſtꝗ eñ Romulus populū romanū in maiores minoreſꝗ diuiſit: vt altera pars conſilio altera armis tueretur: in honorez vtriuſꝗ partis hunc maium: ſequētem iuniū vocauit. Ouidius. Hinc ſua maiores tribuere vocabula maio. Iunius a iuuenuz noīe dictus adeſt. Sunt ⁊ qui maiū a maieſtate dea denoīatū velint ꝙ flamē vulcanalis kalendis Maiis huic dee rem diuinam facit. Alii a Maia Mercurii matre: ꝓpterea hoc menſe mercatores oēs Maie pariter ⁊ mercurio ſacrificare ſoliti erāt.

Malus fę. gene. arbor cuius fructus eſt malū id eſt pomū: tractū nomen a gręco qui malū μηλον dicunt Unde meli mela: ⁊ habent pe. pro. Hinc malinus a um: qđ eſt materiatū ex malo. Col. lib. viii. Eſt etiam non ingrati ſaporis muria pręduratus: atꝗ ita malinis lignis: vel culmi fumo coloratus.

Malus maſ. generis arbor nauis: quia inſtar mali ſit in ſūmitate: vel quia cingitur quaſi quibuſdam malis quoꝝ volubilitate facilius leuant̄ vela: ⁊ ſimiliter primā producit. Luc. lib. ii. Antennas proram malos tonſaſꝗ natantes.

Malus a um: pri. corre. dicitur qđ opponitur bono. Eſt eñ generale nomen turpia ſimul ⁊ detrimentoſa cōplectens. Unde dicimus malū culpe qđ male agendo cōmittitur: quale eſt homicidiū furtū ⁊ hmōi: malū pene qđ deus ob mala cōmiſſa imittit: vt eſt illud propheticū. Ego dñs creans malum. Dicimus etiaz malum militē qui eſt imbellis: malū imperatorē qui eſt imprudens: malū grāmaticū qui eſt rudis: maluz iudicem qui eſt iniquus: malam faciem quę eſt deformis. Preterea malum ſumitur pro labore afflictiōe et anguſtia. Uirgi. Aſſuetūꝗ malo ligurē. Et in pſal. Letati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala. Ubi Hiero. Quanto magis in hoc ſeculo paupertate: inimicoꝝ perſecutionibus vel morborū cruciatibus fuerimus afflicti: tanto poſt reſurrectionē in futuro maiora pręmia conſequemur. Item ſumitur pro malignitate. Sene. Imbecillem inſontēꝗ damnare ſūmū eſt malū. Item pro interiectiōe: perinde ac ſi diceremus proh nefas. Qui loquendi mos per interrogationē ⁊ honeſtus ⁊ vſitatus eſt. Gel. Que malū ratio iſta eſt? Pli. li. vii Que malū iſta demētia eſt iterari vitam morte? Teren. in Adel. Quod hoc malū infęlicitatis? In eundem ſenſum. Cice. ad Atticū dixit. Qui mali? Aliquando capit̄ malū ꝓ paruo: ſicut bonū ꝓ magno.

Male aduerbiū modo ponit̄ pro valde ſed ſemꝑ in malum partē: Cice. Addebat etiā idꝗ ad rem pertinere credebat ſcriptores illos male mulctatos: id eſt magna pęna affectos Modo ꝓ parū. Uirg. Heu male tū mites deſcēdit pāpinus vuas: Modo pro incōmode: ſicut bene pro cōmode: vt Male habito. Unde habito in cōpoſitiōe habet vim negationis: vt Maleſanus: malefortis. Ouidius lib. i. iii. faſ. Nonduz

C

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tradiderat victas victoꝛibus artes. Grecia facundũ ſed maleforte genus.

Maleaudio: ſignificat alicuius maledicta ſuſtineo ſeu infamoꝛ vituperoꝛ culpoꝛ: ſicut bene audio: laudoꝛ: vt ſi quis de me maledixerit: tunc recte dixero: Male de me audio. Cice. lib. ij. In quo ego non quo libẽter male audiam: Sed quia ego cauſam non libenter relinquo: Idẽ ad Atticum. Hanc nonnulli amici Apij ridicule interpꝛetãtur q̃ me idcirco putent bene audire velle: vt ille male audiat.

Malecogito de te. i. male affectus ſum erga te: ⁊ malã habeo de te opinionem. Ouid. Non tñ eneam quis male cogitet odi. Celius. Et ipſe facile aĩaduerterem male eũ de me cogitare. Huic ꝯtrariũ eſt bñ cogito.

Maledico tibi: ⁊ maledico te. A quo maledictus maledicentioꝛ ⁊ maledicentiſſimus qui male dicit quantũ poteſt ⁊ ſcit.

Malefacio tibi Inde maleficus malefica malificũ pꝛo pernicioſo. Sed malefice mulieres incantatrices dicuntur ⁊ venefice. Malefice herbe: malefice ſerpẽtes pꝛo venenoſis.

Maleficentia et maleficiuz damnũ iniuria facinus Ceſar. Finitimis imperauit vt ab iniuria et maleficio ſe ſuoſq̃ pꝛohiberent.

Male iudico: male cenſeo: male opinoꝛ declaratur erroꝛ meus.

Malemereoꝛ de te: male tracto te. Cuius contrarium eſt bene mereoꝛ.

Maleopto tibi: male pꝛecoꝛ intelligitur vitium eius de quo agitur: male volo tibi: odi te. Hinc maliuolus et maliuolentia: que eſt voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo.

Maleuertere: eſt in perniciem vertere.

Malicia: peruerſitas que virtuti ſeu bonitati contraria eſt. Sene. In hoc ſumma bonitas: in illo extrema malicia. Frequẽter autẽ ſumitur pꝛo verſutia. Cice. Virtutis cõtraria eſt vicioſitas: ſic eñ malo q̃ maliciam appellare quã greci κακιαν appellant. Nam malicia certi cuiuſdam vitij nomen eſt: vitioſitas omniũ. Apud veteres etiã in bonũ accipiebat̃. Plau. Te ciuem ſumma omni malicia. Eſt ⁊ alia malicia ex natura ꝓueniens. Pli. Quod modo celi: modo terre malicia facit. Var. Id ſepe accidit malicia ſoli. Interdũ malicia dicit̃ laboꝛ afflictio ⁊ anguſtia ſeculi vt eſt in Euangelio. Sufficit diei malicia ſua.

Malignus a malus fit: ⁊ is eſt qui difficultatẽ ſui oſtendit: hoc eſt q̃ aſper difficilis inuidus auarus eſt. Pli. Homo malignus ⁊ inuidus. Hinc maligna via que anguſta ⁊ ardua eſt. Virg. Adituſq̃ maligni. Maligna lux q̃ ſubobſcura eſt. Idẽ. Quale ſub incertã lunã ſb luce maligna. Malign⁹ ager agricolis illiberal̃ ac minime ferax. Idẽ. Difficiles pꝛimũ terre colleſq̃ maligni. Et malignus cõſuetudine dicit̃ maliuolus ⁊ malus: a quo malignitas.

Maligno as: ⁊ malignoꝛ deponens. Hierony. in pſal. Sup populũ tuũ malignauerũt conſiliũ. Et iterum. Qui malignantur exterminabunt̃.

Mala e. faciei pars que ⁊ Gena dicta ꝙ rotundã ſpeciẽ mali pꝛe ſe ferat. Nam eſt q̃ ꝑeminet inter naſuz oculos ⁊ buccam. Pli. Infra oculos male homini tantũ quas pꝛiſci genas vocabant. Ibi oſtendit̃ pudoꝛ. Et pꝛimã pꝛoducit. Virg. tamẽ li. iij. Geoꝛ. equino generi malas tribuit cũ ait. Quo tpe glauci Pothniades malis mẽbꝛa abſumpſere q̃drige. Et mala latine dicitur ouis. Vñ ⁊ malonomos. i. paſtoꝛ ouiũ.

Malicoꝛiũ: putamẽ mali granati. Pli. lib. xxiiij. Huius aridis folijs vt malicoꝛio coꝛia perficiunt̃.

Malobatra: vnguenta que ex aſſyria afferebant̃. Unde Hoꝛa. inquit: Tinctos malobatro aſſyrio capillos. Hinc malobatrat⁹: hoc eſt malobatro capillos delibutus: vt eſt apud Sido. apolinar̃ ad leonẽ.

Malacus latine molis: ελλνιστι μαλακος.

Malacia cie. mollicia cũ maris fluct⁹ omnino quieſcũt. ⁊ languẽt neq̃ vlla aura cõmouent̃: qđ vulgus vitãdi mali ominis gratia bonatiã vocat. Lucre. pellaciã a pelliciendo appellat. Subdola cum ridet placidi pellacia ponti. Similiter malacia eſt in grauidis ille languoꝛ ⁊ mollicies diſſoluti ⁊ cuncta faſtidiẽtis ſtomachi. Pli. lib. xxiij. Malicoꝛiũ expetitur in grauidarũ malicia: ⁊ quoniam guſtatu moueat infantẽ. Id greci κισσαν appellant ⁊ κισσαν qđ eſt vt Theodoꝛus Gaça vertit picare a pica dictũ qm̃ hmõi aues varia ſolent appetere cũ ſunt pꝛegnantes.

Malaciſſo as mollio ſubigo. Plaut⁹. Ah nimiũ ferus es: malaciſſandus es.

Malaſſo as: a quo cõmalaſſo qđ eſt exerceo mature facio. Varro. In doloꝛe adiaphoꝛon eſſe qđ philoſophia cõmaleſſeret eam partem que cõcuti cupiditatibus ſolet.

Malagma atis: fomentũ cum res dura per alterius admixtionẽ molleſcit ſicut emplaſtrũ. Nam malgmata contuſa et ſuper cutem iniecta abunde mollificant a μαλλατω mollio: his molliuntur apoſtemata et maturefiunt. Col. li. vij. Cuminũ conterit̃ eiq̃ adijcitur exiguum piſcis liquide ⁊ axungie vt lentoꝛem malagmatis habeat. Ambꝛo. lib. j. offi. Alliga ſenſum tuum non ſit remiſſus ac defluus: ne dicat̃ de te. Nõ eſt malagma apponere neq̃ oleum neq̃ alligaturam Differunt autez emplaſtra a malagmatis ⁊ paſtillis Emplaſtra imponũtur vulneribus malagmata in integram cutem inijciunt̃. Paſtilli aut illinuntur: aut alicui mollioꝛi cerationi miſcentur.

Malua: herba quã greci μαλαχην vocaut ab emolliendo ventre. Mar. Utere lactucis ⁊ mollibus vtere maluis. Duo eius genera poſuit Pli. que folioꝝ amplitudine diſcernuntur: in ſatiuis maioꝛẽ greci malopen. Alteram ab emollienqo aluo malachen dixere ſylueſtrem: cuius folium grandiuſculũ eſt ⁊ albe radices. Altheam et ab excellentia effectus. Ariſtaltheã αριστον greci optimũ dicunt και αλθαια malua Dicitur etiam malua maluatium a malua fit maluaceus a um.

Malaca: ciuitas in hiſpania. Mar. Siga oppidũ e regione malacã vꝛbẽ hiſpanie contẽplatur.

Malea: pe. indifferente pꝛomontoꝛium laconie qđ per quinquaginta milia paſſuũ in mare pꝛotenditur vbi periculoſa eſt nauigatio: pꝛopter aduerſos ventoꝛuz flatus: hinc eſt illud pꝛouerbiuz: Cum ad maleam deflexeris domeſticos obliuiſcere. Virg. li. v. Ionioq̃ mari: maleeq̃ ſequacibus vndis. Pꝛoper. Pꝛebeat hoſpicio ſeua malea ſuo. Dicta malea a maleo Argiuoꝛum rege qui in ea templum pulchꝛum conſtruxit: quod maleoticum appellauit. A malea fit maleacus maleaca maleacũ. vt Sinus maleacus.

Malcea vꝛbs theſſalie: a qua populi malices ⁊ mare vicinũ maleacũ dicit̃.

Maltha calx cum arena ⁊ aqua: vel pix cum cera mixta ⁊ hmõi ελληνιστι μαλθη λεγεται και μαλθακιζω το μαλακον ποιεω.

Malleus fabꝛile inſtrumẽtũ ꝙ res duras molliat quaſi molleus. Ea enim que dura molliuntur ad ignem: vt malleis flagellentur.

Malleolus diminutiuũ a malleus. i. paruus malleus. Et malleolus: teſte Col. li. iiij. dicitur nouus palmes vitis innatus pꝛioꝛis anni flagello: ſic dictus ab ipſi⁹ mallei ſimilitudine: vel ꝙ in ea parte que deciditur ex vetere ſarmento pꝛominens vtrinq̃ malleoli ſpeciem pꝛebet ⁊ plãtationi aptus eſt. Vel ꝙ vt ait Plinius. ſolebat capitulat⁹ vtrinq̃ duo ſurculatus ſeri. Et malleoli ſunt ſarmenta illa que in aggeribus po-

tunt. Sed ⁊ manipuli parte pice contecti qui incēſi
aut in muros aut in teſtudines ad incendiū faciendū
iaciunt malleoli vocant.
Malleolaris et hoc malleolare a malleolus fit. Col. li.
iij. Virgam malleolarē non amplius ꝙ ſex gēmaruꝫ
eſſe conuenit.
Malleo as: quaſi malleo operor. Unde et malleator
Aug. lib. xv. de ciuita. dei. Tubalcain erat ęrarius et
malleator ęramenti et ferri. Malleatus a um: quod
malleo factum eſt. Unde malleati libri dicuntur vul/
go ſtampati. Ulpi. xxxij. ff. inquit. Sed ꝑſcripti ſcri/
pti nondū malleati vel ornati vel quia paginę malleā
tur repaginande.
Malluuium vas in quo lauātur manus: ⁊ feminino ge/
nere Malluuie ſicut pelluuiū ⁊ pelluuie quo lauant
pedes. Nonius etiā Trulleū appellat: cuius vrceolꝰ
aquę manalis vocatur ꝙ eo aqua manans in trulleū
effundatur. At Ser. lebetē vaſculū intrepretatus eſt
in quod aqua cadit cuꝫ manus lauantur ab alijs pol/
lubrū etiā nominatur.
Malanomus penulti. corre. paſtor ouiū μηλα ouis:
νομοσ paſcuum.
Mambre mons iuxta hebron.
Mamers lingua oſcoꝝ dictus eſt mars detractione ſyl
labę: qui et Mauors etiā appellat. Mamertus prę
nomen oſcum ab eo ꝙ hi martē mamertē appellant.
Apud Liuiū Mamertus Aemylius dictator ex gē/
te mamerta. Quidā dicunt Aemyliā gentē a mamer
to appellatā cui propter humanitatē ciuicaꝫ cogno/
men fuerit Aemilio. Gręci em̄ Aemyliā vocant ſer/
monis lepiditatē atꝗ facundiā.
Mamertini: populi cāpani: hi cum Meſſanā colonos
miſiſſent: ipſi quoꝗ mamertini potius ꝙ̄ meſſanen/
ſes ſunt vocati. Et cum ager eorū vini feraciſſimus
ſit. Mamertinū vinū non meſſanenſe appellatū eſt.
Mar. Amphora neſtorea tibi mamertina ſenecta.
Si detur quod vis nomen habere poteſt. Dicti ma/
mertini a ciuitate Mamertia quę a lacedemonijs ſub
uerſa fuit: ꝙ Meſſenei quinquaginta virgines lace/
demones violare tēptaſſent: ⁊ non cōſentiētibus eas
occidiſſent. Auctor Hiero. contra Ioui.
Māma papilla quę ⁊ vber dicitur. Iuuena. Et nuda te
neat venabula māma. Māma quoꝗ gręca dictio eſt
qua ſignificatur nutrix: ſeu vt quidā aiunt auia: id eſt
patris ſeu matris mater: ſicut tata pater. Martia.
Māmas atꝗ tatas habet.
Mamilla diminutiuū licet per ſimplex m. ſcribatur. Iu
uenal. Illa loqui recta facie ſtrictiſꝗ mamillis.
Māmula: ſimiliter diminutiuū a māma.
Māmoſus a um quod habet magnas māmas. Mar.
Māmoſas metuo: tenere me trade puellę.
Māmeatus a um: idē quod māmoſus. Plautus. Cuiꝰ
amicā māmeatā vidimus.
Māmeare eſt māmas ad ſugendū prebere. Auguſti. in
pſal. interpretatione. Ve pregnātibus ⁊ māmantibꝰ
illis diebꝰ. Hinc māmatus a um. Unde māmate te
gule a laxitate dicte ſunt q̄ balneis adhibent.
Māmillare: amiculi genus quo mulieres māmas tege/
re conſueuerunt.
Māmotreptus quid ſignificet. Aug. in interpretatione
pſal. declarat. Si eū inquit queris imitari ⁊ ex illo pē
dere adhuc lacte vis nutriri ⁊ fies māmotreptus quā
les dicuntur pueri qui diu ſugūt qđ nō decet. Et pau
lo poſt. Faciunt hoc nutrices māmotreptis vt aliq̄
amara ponant in papillis ſuis quibus offenſi paruu/
li ab vbere reſiliant: ⁊ ad menſam inhient.
Mamilia propriū nomē mulieris. Telogeni filię a qua
mamilioꝝ familia eſt vocata.
Mamona non hebreorū ſed ſyrorū lingua: vt Hiero.
ait diuitię nuncupātur quę de iniquitate collectę ſūt.
Idem in pſalmorū expoſitione. Videtis ꝙ iniquus
mamona in iſto ſeculo deficit. Aug. ſo ſic. Mamo/
na verbū latinū nō eſt ſed hebreū cognatū linguę pu
nice. Iſte em̄ linguę ſibi ſignificationis quadam vici/
nitate ſociantur. Quod punici dicunt mamon latini
lucrum vocant: quod hebrei dicūt mamona latine di
uitię vocant. Suidas tamē μαμωνασ χρυσοσ
γειροσ πλουτοσ ουχι ο εκτου σαταρα αλ/
λεο περιττοσ και υπερτην χρειαν quare penul
tima longa eſt: qr eſt ω mega.
Mamurius faber ęrarius laudatiſſimus.
Mamurre: ſenatoria familia Romę erat: ſed formijs
oriunda.
Manceps qui aliquid a populo emit conducit ve: quia
ſublata manu ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe:
qui idem pres dicitur: quia tam debet preſtare popu
lo quod promiſit ꝙ̄ is qui pro eo pres factus eſt. Et
emptio mācupi quę ſolēnitate quadā fiebat adhibi/
tis nō minus quinꝗ teſtibus Romanis ciuibus pu/
beribus et alio eiuſmodi cōditionis qui libram ęneā
teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure quiritū
meum eſſe aio hoc quod emptum eſt hoc ęre ęneaꝗ
libra. Deinde libra ęre ꝑcutiebat idꝗ ęs dabat a q̄ rē
emptam accipiebat. Et hęc mancipatio vocabatur.
Hinc ſeruus equus ouis aliaꝗ huiuſmodi mācipia
dicuntur ꝙ manu capiantur: ſiue mancupi emptione
acquirantur: cum cetera neumancupi dicantur: vt re/
rum dominia iuraꝗ. Mancupes. Cice. appellat ro/
manos publicanoruꝫ principes qui queſtus ſui cauſa
decumas redimunt a populo romano. Unde a Sue/
tonio dictum eſt. Non negauerim iactatum a quibuſ
dam petronium patrem e regione tranſpadana fuiſ/
ſe mancupem operaruꝫ quę ex vmbria in ſabinos ad
culturam agrorum quotannis cōmeare ſolet: id eſt
redemptorem conductorēꝗ ſeruorum ⁊ operariorū
Sciendum eſt ꝙ mancipi ſiue mancupi indeclinabi/
le eſt per omnes caſus et genera ꝙ̄ꝗ alij figurate di/
ci velint in caſu dandi. Et mancipi dicitur ad nos per
tinere quod ex ſub haſtatiōe emimus eſtꝗ ius. Cice.
pro murena. Qui ſi in his repetundis quę mancipi
ſunt: his periculum indicit preſtare debet qui ſe nexu
obligat.
Mancipo as: pe. cor. quaſi manu capio: vt modo dictū
eſt qđ eſt obligo ſummitto ⁊ ſeruū facio: ꝙ̄uis ſine li/
bra ⁊ verbis ſuprapoſitis. Lactā. lib. ij. Spiritibus
immūdis puris aīas ſuas mācipiāt Plau. in Cur. Alie
nos mācipatis alienos manumittitis alienis impera
tis nec vobis auctor vllus eſt: nec voſmet eſtis vlli.
Hiero. in ꝓlo. Tobie. Librū vtiꝗ Tobie quoniam
hebrei de catalogo diuinarū ſcripturarū ſecātes his
que agiographa memorant manciparūt. i. ſubdide/
runt. Huius cōpoſitū eſt Emancipo.
Manſiſterna aquę vrna. i. vrceus. Plau. in Bac. Effer
man ſiſternā cū aqua foras.
Mancus ꝓprie manu eneruatus quaſi manu carens li/
cet qūꝗ ꝓ debili ponat ⁊ ad res etiā inaīatas transfe
ratur. Cice. de fi. bo. Sed etiā alterius tribus q̄ man
cam fore putauerūt ſine aliq̄ acceſſione virtutē.
Mancinus nomen viri: a quo Mancinatus pro dāna/
to ꝙ Mancinos inſignē domū habuit: quę eo inter/
fecto publicata eſt.
Mandra ſpelunce cubile ⁊ receptaculuꝫ ouium: boum
aliorūꝗ huiuſmodi. Iuue. Et ſtātis conuicia mādre
Eripuit ſomnū druſo. Probus ſcribit mandram eſſe
vici oſtiū vel flexum vel arrectū: aut breue ⁊ vile ędi/
ficium quod anguſtet latitudineꝫ vici: vel ingens ve/
hiculum quo trabes portantur. μανδραν λιγου/
σιν ελληνεσ.
Mandragore duo ſunt genera: candidus qui mas ⁊ ni/
ger qui femina exiſtimatur: Ferunt mala auellanaruꝫ

mucē magnitudine. Mandragoꝛam foſſuri ab auerſante vento cauent: ⁊ occaſum ſpectant. Vis eius in poculo ſomnifera eſt: ac etiam olfactu. Col. Mandragoꝛe pariat floꝛes.

Mando as. cōmitto: vt cum quid memoꝛię mandatur: ſiue imponitur cōmittitur ve vt memoꝛiter teneatur ſiue ex propꝛia memoꝛia id fiat cum quid repetit̃ aut auditur ſiue ex ſcripto. Memoꝛia propꝛia. Cice. lib. iij. ad Herē. Quoniā nuperrime dictū facile memoꝛię mandatur vtile eſt cum dicere deſinamus: recentem aliquā relinquere in animis auditoꝝ firmā argumentationem. Ex ſcripto. Gel. Memoꝛię mandatū Platonē philoſophū tenui admodū pecunia familiari fuiſſe. Et hoc modo mando ſignificat manu ſcribendo memoꝛię do. vt Cice. pro Sex. Hęc phama celebrantur: monumentis annaliū mandātur: poſteritati propagantur: aliquādo ⁊ litteris ⁊ memoꝛię ſimul quid mandatur. Idem lib. xij. Philip. Quid huic facias qui hoc litteris memoꝛięq; mādauit. Lactā. lib. vj. O ingenia hominibꝰ indigna q̄ has ineptias protulerunt: miſeros atq; miſerabiles qui ſtulticiam ſuā litteris memoꝛieq; mādauerūt. Litteris et memoꝛię capere licet non ſolū ſcripto id mandatū eſſe vt rem oꝛdine geſtam ipſi ſcriptoꝛes haberent ſed etiam vt memoꝛię poſteritati darent. Nam non intelligi par eſſe cenſeo accipi litteris ⁊ memoꝛie dictum ex abundantia ſed ex diuerſitate rei. Aliter etiam quid mandari poteſt: vt Col. lib. iij. Semina ꝗ recentiſſima terrę mandare conuenit. Interdum mandare cōmittere vt cum quid faciendū datur quod iniūgere ſeu imponere ſeu cōmendare dicitur. Plau. in Cur. Mandatum eſt mihi vt has tabellas ad eum ferrē. Terē. in Adel. Huic mandes ſi quid rectę curatū velis Cōpoſita huius verbi ſunt Amando. Admando. Cōmendo. Demando. Premando ⁊ Remando.

Mandatū ⁊ participiū ⁊ nomē eſſe poteſt. Participiū vt Mandatū eſt mihi: apud Plau. Nomē: vt apud Quintil. Mandata tamen tua fili perago. Et eſt propꝛie mādatū cōmiſſio: hoc eſt quod cōmittitur. Sal. C. Malius ex ſuo numero legatos ad Martiū regē mittit cū mandatis huiuſmodi.

Mandatarius cui dantur mandata peragenda.

Mando is: mandi: ſm aliquos mandui: ⁊ ſm alios mādidi manſum ſignificat dentibus conficio. Hiero. in Gen̄. Tolles tecū ex omnibus quę mandi poſſunt. Virg. lib. iiij. non ad effectū ſed ad actū retulit. Stat ſonipes ⁊ frena ferox ſpumantia mandit. Serenus vero ad effectū. Purgatur cerebꝛū manſa radice piretri. Dictū mando a manu dando ꝙ manu cibus oꝛi admouetur: quēadmodū a manu ducenda dicimus manduco. Huius compoſitū eſt Remādo quod eſt rurſus mādo rumino. Pli. lib. x. Pontici quoq; mures ſimili modo remandunt.

Mando onis edax: qui aſſidue mandit. Lucil. Atq; oēs mandonū gulę.

Manduco as: idem qꝺ mando. Cuius compoſitū eſt cōmanduco. Pli. lib. xx. Huius cucurbitę cōmanducatę ſuccus ſtomacho admodū pꝛodeſt.

Manduco onis ędacē ſignificat. Hęc em̄ oīa fere idē denotant. Mandones: manducones: manduci: manſucū: Comedones: comedi. Edones edaces. Epulones lurcones. Curguliones: Ganeones: Heluones: Scurre: Paraſiti: Gulones: Phagones: Ligurriones: Nepotes: Catillones.

Manducus idem quod manduco. Plautꝰ. Quid ſi ad lupos me ꝓ māduco locē: manduci effigies in pompa antiquoꝝ inter ceteras ridiculas ⁊ foꝛmidoloſas imagines ire ſolebat magnis malis ac late dehiſcēs ⁊ ingentē dentibꝰ ſonitū faciēs.

Manſutius a mādēdo ędacē ſignificat: vt indīt Feſtus.

Mandibula in qua dentes ſunt fixi: q̄ ⁊ maxilla dicitur. Sunt autē duę mandibulę ſuperioꝛ. ſ. ⁊ inferioꝛ: a mandendo. Quo etiā noīe vocat̃ gens in gallia aquitana auernis finitima ſicut Strabo ſcribit.

Manſum dentibus contritū: ⁊ ꝓpꝛie dicit̃ de cibo commeſto q̄ pueris datur. Cice. lib. ij. de oꝛa. Qui oēs tenuiſſimas particulas: atq; oīa tenuiſſima manſa: vt aiunt nutrices infantibus pueris in os inferant.

Manna: ros melleus matutinus.

Mane diei pꝛincipiū cū dies clarus eſt: ab obtentu boni ominis. Manū em̄ veteres bonum dicebant. Vn̄ dij manes. i. boni quēadmodū ecōtrario imanes crudeles dicimꝰ: ac minime bonos. Vel ſicut ait Macr. ꝙ ab inferioꝛibus locis. i. a manibus exoꝛdium lucis emergat. Var. a manādo deriuat: ꝙ cum ſole manat dies ab oꝛiēte. Vn̄ Manij ⁊ Lucij q̄ nati ſūt mane ⁊ luce. Vel ꝙ dij manes ꝑ oīa manare exiſtimabant̃.

Manes boni dicunt̃. Acron Dij manes dij boni: a manū qꝺ eſt bonū. Antiqui animū a coꝛpoꝛe ſeparatum manē deū nūcupabāt. Apul. de Socratis demonio dicit. Manes anime dicunt̃ melioꝛis meriti q̄ in coꝛpoꝛe nr̄o genij dicunt̃: coꝛpoꝛi renūciantes lemures: cū domos incurſionibꝰ infeſtarēt larue appellabant̃ Contra ſi bone fuerint lares familiares. Ser. ꝑ antiphraſim ait manes eſſe deos inferos: qꝛ nō ſint boni. Idem dicit alibi eſſe aīas coꝛpoꝛibꝰ exutas q̄ nondū in alia coꝛpa migrauerint. Vn̄q; manes dicunt̃ pęne Virgi. Quiſq; ſuos patimur manes.

Manię defoꝛmes ꝑſonę. Et manias laruas quas nutrices pueris imputari ſolēt appellāt. Medici maniacos vocāt furoꝛis moꝛbo laboꝛātes qm̄ mania dicit̃ inſania ⁊ furia. Latini meliꝰ q̄ inſaniā a furoꝛe diſtinguūt qm̄ aliud eſt furere aliud inſanire. Itē mania dea lariū mater cui olim ſacrificabāt. Et manię dicebant̃ ficta quedā ex farina in hominū figuras ꝙ defoꝛmes ſint quas etiā maniolas appellabāt.

Maniole inſulę ex aduerſo Indię extra Gangem in quibus tradūt nauigia quę clauos ferreos habent detineri nec vlteriꝰ ꝓgredi ſinūt ne qn̄ lapis herculeus q̄ circa ipſas gignit̃ illa ad ſe trahat eas teneat Antropophagi manioli dicti ſicuti ſcribit Ptolemeꝰ li. vij.

Manius: pꝛenomen eſt eius qui mane natus eſt: ſicut Lucius qui luce.

Manlius: pꝛopꝛiū nomen viri ꝙ manu pꝛomptus eſſet. Neminē autē patricię familię hoc nomine vocari licuit poſt eum manliū: qui gallos a capitolio depulit ꝙ is regnum occupare conatus necatuſq; ſit. Fuit ⁊ cognomen eius qui carthaginē vicit.

Manare pꝛopꝛie dicit̃ cū aliquid ex integro ſed non ſatis ſolido per minutiſſimas partes ſtillat. Tractum a grecis q̄ μανον rarum: ⁊ ſine denſitate appellāt. Hinc manalem fontē dici exiſtimant ꝙ aqua ex eo ꝑpetuo manet: ⁊ manalē lapidē ꝙ ex eo manare aquę videant̃. Alij manare a mane deducunt: ⁊ de ſole pꝛopꝛie dici volunt cū oꝛientis radij ſplendoꝛem iactare incipiunt. Sed frequētius ad aquā ⁊ ad humoꝛes refertur. Per tranſlationē ponitur pꝛo deſcendere fluere pꝛocedere ⁊ hmōi: ⁊ res quę manat quandoq; in ntō ponit̃. Virg. Tū gelidus toto manabat coꝛpoꝛe ſudoꝛ. Lactā. li. j. Quid mirū ſi ab hac gente vniuerſa flagitia manauerūt. i. pꝛoceſſerunt. Quandoq; in actō. Pli. lib. xiiij. Arboꝛū ſucco manantiū picē reſināq; alię oꝛte in oꝛiente: alię in europa ferunt̃. Quādoq; in ablto. Liui. lib. j. Cultrū ex vulnere Lucretię extractū manantē cruoꝛe pꝛe ſe tenens. i. fluentē. Hiero. in lib. Numeri. Tradet humū lacte ⁊ melle manantē. Huius compoſita ſunt Emano ⁊ permano.

Manus a manando dicta eſt ꝙ ex bꝛachijs manet: vel ꝙ ex ea manent digiti. Et manus inſtrumentū ⁊ telū nauale dicit̃ quo naues harpagonibus rapte tenētur

s manus h[illegible]manę ſimilitudine quã ꝑicles athenięſis (vt fertur) inuenit. Hiero. Ferreas manus ⁊ vncos pręparant. Luc. lib. j. In manibus veſtris quantus ſit Cęſar habetis. Item manus multitudo vocatur. Virg. Hic manus ob patriã pugnãdo vulnera paſſi Item poteſtas vt cuȝ dicimus. Res in manu eſt: qđ non modo ſignificat in promptu eſt: ſed etiã in poteſtate. Inde Vlpi. teſte manumiſſio dicta eſt datio libertatis. Nam ꝙdiu quis in ſeruitute eſt manui hoc eſt poteſtati ſubditus eſt: et manumiſſus a poteſtate liberatus. Itẽ manus capit̃ ꝓ proboſcide elephanti Nam hanc manũ vocant latini ꝙ ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephantus. Cur. lib. iiij. de elephanto loquit̃. Precipue terribilis illa facies erat cũ manu arma viroſꝫ corriperent ⁊ ſuper ſe regentibus traderent. Idem in eodem. Copidas vocabant gladios leuiter curuatos falcibus ſimiles: quibꝰ appetebãt beluarum manus. Nonnunꝗ̃ pro ſcriptura manuũ. Quintil. lib. j. Cauſas caſſius Cicero ⁊ Virgilius ſcripſerunt: ſic manus eoꝝ docent.

Manicula diminutiuũ. i. parua manus. Plau. in Ru. Duę cõnixę maniculę ⁊ ſucula.

Manũ conſerere: eſt pręliũ incipere ⁊ contendere. Sed apud iurecõſultos cũ de aliqua re diſceptat̃ in iure ꝓ̃ſente ꝓ̃tore ſiue ager ſeu quid aliud ſit manũ conſerere dicit̃ cum manu apprębendit rẽ de qua agit̃. Qđ manus correptio ⁊ vindicatio ⁊ vindicta appellatur Ad manus venire ſimiliter eſt pręliũ ſeu contentionẽ incipe. Plau. Itur ad manus: arma ſumũtur.

Manica pe. cor. pars veſtis qua manus teguntur. Virgilius. Et tunicę manicas ⁊ habẽt redimicula mitrę. Hinc manicata veſtis quę manicas habet: quas velut probroſas ⁊ fęmineas criminari dicuntur a poeta ꝙ priſci romani breues ⁊ citra humerum deſinentes primo portauerunt. Manice etiam dicuntur manuũ vincula: vt apud eũdem. Manicas atꝗ̃ arcta leuari Vincula iubet Priamus. Sic cõpedes vocant̃ quibus pedes colliguntur. Hinc per tranſlationẽ dicuntur vincula nauium. Luc. Aſt alias manicęꝗ̃ ligant tereteſꝫ cathenę. Item Manice thecę ſunt ex ferro quibus brachia ⁊ manus contra hoſtium iniurias muniũtur. Iuuena. Quale decus rerũ ſi coniugis auctio fiat. Baltheus ⁊ manice criſtę cruriſꝫ ſiniſtri Dimidiũ tegmen. Et manice dicunt̃ quibus aduerſum vim frigoris manus muniũtur. Plinius iunior ad Macꝝ. Ad latus notarius cuȝ libro ⁊ pugillaribus cuius manus hyeme manicis muniebantur: vt ne cęli quidẽ aſperitas vllũ ſtudij tẽpus eriperet.

Manuarius manuaria manuariũ: quod ad manum pertinet. Gelius. Hoc ęre quaſi manuario collecto cęnula parabatur.

Manuarię tunicę quę manicas habent.

Manuor aris: furor. Actiꝰ. Manuatꝰ veſtem amice.

Manibus pedibuſꝫ prouerbiale eſt: hoc eſt omnibus viribus. Terentius in Andria. Quem ſcio manibus pedibuſꝫ omnia facturũ.

Manuleatus a um: idem qđ manicatus. Plautus in Pſeu. Manuleatã tunicam hominem habere addecet. Et manuleatã tunicam dicimus manicas prolixiores habentem: manicatũ hominẽ indutum tunicis manicatis.

Manubriũ a manu capulus appellat̃ ꝙ manu teneat̃.

Manipulus a manu fit: ⁊ ꝓprie ſignificat manualẽ herbarũ faſciculũ quẽ manu quis apprehendit metendo vt in pſ. Veniẽtes aũt venient cũ exultatione portãtes manipulos ſuos. Interdũ ponit̃ ꝓ exigua militũ manu quę vnũ ſequit̃ ſignũ. Erat eñ pars cẽturie ita dicta ꝙ ſub Romulo pauꝑ adhuc romanus exercitꝰ manipulos fęni haſtis alligatos ꝓ ſignis gerebat et in legione quidẽ erãt. xxx. manipli. Dictus manipulꝰ vt inqt Var. ab eo ꝙ plures militũ manus iungunt̃. Ser. docet maniplos eſſe ſigniferos ꝙ iperãte Romulo cũ romani ⁊ latini ſub vno centurione bellum aggreſſuri eſſent manipulo herbę haſtę alligato ꝓ ſigno vterent̃. Vñ maniplaris dicitur qui fert vexillũ. Oui. li. Faſ. Pertica ſuſpẽſos portabat longa maniplos. Vñ maniplaris noĩa miles habet. At Vege. libro. ij. ſcribit maniplũ vocari cõtuberniũ decẽ tantũmodo militum ſub vno papilione degentiũ: ab eo ꝙ cõiunctis manibus dimicabãt. Inde Cõmanipulones qui in eodem maniplo ſunt: ⁊ Cõmanipalatio ꝗ̃bus nominibus vtitur Spartianus.

Manipulatim aduerbiũ: ſignificat per manipulos.

Manifeſtũ dicit̃ quod eſt clarũ ⁊ apertũ quaſi ad manꝰ foris ſtans. Manifeſto as: palã facio.

Manifeſtarius a um: quod eſt notorium: id eſt quod manifeſtatur Plau. Capio fuſtem obtrunco gallum furem manifeſtarium.

Manſuetus mitis quaſi manu aſſuetus ꝙ omnia ꝗ̃ ſunt natura fera: manuũ permulſione miteſcãt. Virgiliꝰ. Ille manu patiens menſęꝗ̃ aſſuetus herili. Feſtus. Manſuetus neꝗ̃ miſericordia meſtus: neꝗ̃ crudelitate ſeuus: ſed modeſtia temperatus. Beſtię manſuetę etiã placidę ⁊ cicures dicunt̃. Pli. Trifariã diuidit animantes in placida fera ⁊ intermedia. Nam hirũdines apes delphini nec placida ſũt nec fera ſed medię inter vtrũꝗ̃ naturę.

Manſuetarij qui feras manſuefaciunt. Lampridius in helio. Habuit leones ⁊ leopardos quos edoctos ꝑ manſuetarios ſubito ad ſecundã menſam iubebat accumbere. Iul. Firmicus lib. viij. matheſeos. Septẽtrione oriente nati: erũt manſuetarij ferarũ.

Manſueſco is: manſuetus fio: miteſco. Col. lib. vij. Nã per hęc blandimẽta triduo ferę manſueſcũt. Varro. lib. ij. de re ruſt. pro manſueſacio poſuit cum inquit. Sic ex aĩalibꝰ cũ ꝓpter eandẽ vtilitatẽ ꝗ̃ poſſunt ſylueſtria deprehẽderẽt ac cõcluderẽt ⁊ maſueſcerent.

Mangones dicti ſunt quaſi manu agones: erant enim magiſtri formę puerorũ et mentiendi coloris prope colentes qui hoĩes vendebãt. Solebant eñ pueros puellaſꝫ ꝗ̃ facilius vendi poſſent artificio quodã cõponere colorẽ. vt Quintil. inquit: Fuco ac verum robur inani ſagina mẽtientes. Ita mãcipia vendibiliora ⁊ pręcioſiora efficiũtur. Mar. Milia ꝓ puero cẽtum me mango popoſcit. Sue. in domi. Caſtrari mares vetuit. ſpadonũ qui reſidui apud mãgones erãt pręcia moderatus eſt. Pli. Thynni ſanguie oblitos pueros pubeſcere negant mangones. Aliarũ quoꝗ̃ rerũ mãgones dicunt̃ qui merces poliunt atꝗ̃ interpollant vt pluris vendant. Vñ Pli. Decuſſi fragmẽti paululum quod in lamina ferrea teratur efficaciſſimũ experimẽtũ excuſant mangones gemmarũ. Nec mares tantũ ſed etiam fęmine mangones vocantur. Pli. Mango obſtetrix erat.

Mangoniço as: orno cõpono rem ad alliciendos emptores. Pli. lib. xxiij. Succus radicis vitis nigrę cuȝ eruo letiore quodã colore ⁊ cutis teneritate mãgoniçata corpora. Transfert̃ etiaȝ ad alia. Sic eñ oratio mãgonizata ⁊ forma ⁊ domus ⁊ reliqua dici poſſunt vt lenocinijs ⁊ fuco potiuſꝫ veritate allectẽt: hodie etiã mãgonizantur pãni ſiue linei ſiue lanei. Quin et equos mangoniçatos venire videmus: hos gręci ab equis cõponendis hippocomos vocant.

Mangonicus a um: qđ ad mangonẽ pertinet. Plinius Radix hiacynthi bulbacea eſt ⁊ in mãgonicis venalicijs pulchre nota ꝗ̃ in vino dulci illita pubertatẽ coercet nec ſinit erũpere. Sue. Neceſſarioꝗ̃ ad mangonicos queſtus ſuſtinẽdę dignitatis cauſa deſcẽdit.

Mangoniũ artificiũ qđ ad res facilius vendẽdas adhibet̃. Pli. Nec tñ in hoc mãgonio quicꝗ̃ totũ placet

hic clune: alibi pectore tm̄ gallinarū laudās.

Manubię dictę ſunt ꝙ manu capiātur ab hoſtibus. Eſt em̄ pręda ab hoſtibus capta. Aſco. ſcribit manubias prędas imperatoꝝ proportione de hoſtibus capta. Spolia quoqꝫ queſita de hoſte nobili ꝑ deditionem manubias veteres dicebant de q̄bus qđ vellēt facerent. Nam pręda dicitur corpora ipſa rerum quę capta ſunt: manubię appellatę ſunt pecunię que a queſtore ex venditione pręde redactę ſunt. Dicit tñ quoſdam nō ignobiles ſcriptores aut temere aut incurioſe prędam pro manubijs ⁊ manubias pro pręda poſuiſſe ſed qui ꝓprie locuti ſunt: ſicut Cice. in oratione de lege agraria manubias pecuniā dixiſſe. Eſt 'qñqꝫ vt iactus fulminū manubie dicāt̄. Vñ ait Sene. lib. ij. queſtionū. Ioui tres manubias dari quarū prima monet: ſcđa ꝓdeſt: tertia adhibitis ꝯſilio dijs emittit̄

Manumitto de ſeruo liberū facio. Manumiſſus liberatus a poteſtate. Nam ꝙdiu quis in ſeruitute eſt manui: hoc eſt poteſtati ſubditus eſt. Erat autē mos in manumiſſione vt dñs caput aut aliud membrū ſerui tenēs diceret. Hunc hominē liberū eſſe volo: et mittebat eum e manu.

Mantelū ⁊ Manteliū ⁊ mantele is: compoſita dictio ex manus ⁊ tela: quaſi mappa a manibus tergendis. Eſt em̄ lintheolū quo manus tergere ſolemus. Oui. lib. iij. faſ. Dixerat ad dexterā villis mantele ſolutis. Plau. Nec his ſycophātijs: nec fucis vllum mantelum obuiā eſt. Dicitur ⁊ mantile ⁊ in plurali mantilia ę. diph. in i. productā mutata ſicut quero inquiro. Virg. Tonſiſqꝫ ferunt mātilia villis. Nam vt Ser. inquit: Conſtat maiores mappas habuiſſe villoſas. Mantilia vero a manibus ante lotis dicta: quomodo Thorale a thoro. Sunt etiā mantilia quibus menſę teguntur. Mar. Nobilius villoſę tegunt tibi lintea citrum Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt. Rurſus Mantelia ſeu mantela accipiunt̄ pro penule genere quo ſe lorica muniūt.

Mantica pe. cor. nūmoꝝ receptaculū ꝙ manu geratur: ponitur quādoqꝫ pro perula viatoria vt porphyrius ait: cuius diminutiuū eſt manticula: cuius pars ante pectus: pars poſt tergū dum gerit̄ pendet.

Manticularius qui manticulas attractat vt furet̄.

Manticularia dicūt̄ ea quę ī frequēti vſu habent̄ ⁊ quaſi manu tractant̄. Frequens em̄ ad manus tergēdas vſus fuit manteloꝝ: vnde hęc trahit̄ ſimilitndo.

Manticulor doloſę ago. Pacu. Ad manticulandū aſtu aggredit̄. Manticulatio aſtus ⁊ fraus

Manticora beſtia in India quę triplicem dentiū ordinē ⁊ hominis faciem vna cū corpore leonino habet: humanas carnes maxime affectans.

Mantua vrbs clariſſima et Maronis Virgilij patria ab Ochno filio Tyberis: ⁊ mantus Tyręſie Thebani vatis filię: quę poſt patris interitū ad Italiam venit: condita fuit ⁊ a matris noīe mantuā appellauit. Vñ Virgi. li. x. Ille etiā patrijs agmē ciet ochnꝰ ab oris Fatidicę mantus ⁊ tuſci filiꝰ amnis Qui muros matriſqꝫ dedit tibi mantua nomen: ſed an verum ſit ꝙ vnqꝫ in Italiam venerit nolo nunc citare pauſaniam: hellanicū: ⁊ grecoꝝ multitudinē magnā.

Mantiſſa additamentū quod manu fit rei quę venditur id eſt pauxillum illud quod adijcitur ponderi. Lucil. Mantiſſa obſonium vincit.

Manteum locus oraculis dicatus. Cice. lib. ij. de fi. Vt quaſi de manteo promant medicamēta illa epicurea dolor ſi grauis breuis: ſi longus leuis.

Mantinea vrbs: quę poſtea Antigonia dicta fuit in adulationem Antigoni eius qui Philippo Perſe patri curator regi fuit: ſed poſtea hadriani imꝑatoris iuſſu rurſus mantinea fuit appellata.

Mantia ελληνικωσ λεγεται η μαντεια και μαντευομαι diuinatio vaticiniū. Mantus diuinus vel vates a manto matre Tyreſię vatis Thebani: quę poſt thebanorū cladē et ſeruitutē primo ſub Creōte Lebedon ⁊ Clarij Apollinis templū in Aſia ſtruxit. Inde in Italia mantuā quę ex Tyberino rege Thuſcię Ochnū peperit qui ⁊ bianor qui oppidū muris circūdedit. A mantia per cōpoſitionē fiunt Necromantia: Hydromantia: Pyromantia: ⁊ alia huiuſmodi quorū penultima producitur.

Maneo es. ſi. ſum. ſignificat me cōtineo loco inſiſto. Cice. li. offi. Cyrillū quendā ſuadentē vt in vrbe maneret. Qñqꝫ manere ſignificat ꝑſtare. Vir. Manet imꝑterritꝰ ipſe Noſtē magnanimū opperiēs. Qñqꝫ expectare. Plau. Ego hic te manebo. Virg. lib. xj. Te turne nefas te triſte manebit ſuppliciū. Qñqꝫ futurū eſſe. Cice. Cuius te factū ſicut curionē manet: hoc eſt cuiꝰ factū tibi futurū ē ſicut fuit Curioni. Qñqꝫ inherere fixū eſſe. Vir. Manet alta mēte repoſtū iudiciū Paridis. Qñqꝫ durare perſiſtere. Tereñ. in Hecy. Manere affinitatē hanc inter nos volo ſi vllo modo vt poſſit qđ ſpero fore. Huius cōpoſita ſunt Cōmaneo ſimul habito. Hiero. ad Dama. Monachoꝝ circa cōmanētiū antiq̄ in me ſurgit auctoritas. Emaneo extramaneo: a quo Emanſor. Emineo: a quo Promineo ⁊ Pręmineo Immineo Remaneo retromaneo ꝑſiſto. Iuſti. li. ij. Interea rex velut ſpectator pugnę cū parte nauiū in littore remanet. Cice. li. j. tuſ. Sed fac vt iſti volunt animos nō remanere poſt mortem. Et in Cato. Tantū te manet qđ virtute ⁊ recte factis ſis cōſecutus. Sed hoc per trāſlationē magis. Permaneo ꝑſeuerāter maneo. Obmaneo diu maneo.

Mantiſcinor ſignificat furor. Tereñ. in Eu. In te perdita cū de alio mātiſcinor atqꝫ impendo.

Māphur: lignū rotūdū loro circūuolutū: qđ circūagūt fabri in operibus tornandis.

Mappa: q̄ ſuꝑ menſam ſternit̄: ꝙ manibus pendeat dū ſumus in menſa. Pli. lib. xix. Ardētes in focis conuiuioꝝ vidimus mappas ſordibꝰ exuſtis ſplendeſcētes ignis magiſqꝫ poſſent aquis. Villoſę aūt apud veteres fuerunt in pręcio. Vñ Mar. Nobilius villoſa tegunt tibi lintea citrū. Legitur etiā mappū neutro genere. A mappa vero fit diminutiuū Mappula.

Mapalia punica lingua: agreſtes caſę ⁊ furnorum ſimiles: vt inquit Hiero. In quibus quia nihil eſt ſecreti ſolet id vocabulū ſolute viuentibus obijci. Sunt em̄ quaſi rotunde cortes: vt inquit Feſtus.

Marathon campus Attice ſeu ciuitas diſtās ab Athenis circiter decē milia. Et morte Icari regis interfecti inſignis necnō ⁊ victoria Theſei ex tauro ſuperato: ſimiliter ⁊ Melciadis gloria qui centum milia ex Darij Perſarū regis exercitu ꝓfligauit. Hinc Marathonius a um. Vnde Taurus marathonius dictꝰ eſt qui apud marathonē a Theſeo īterfectꝰ eſt. Hic eſt Taurus amatus a paſiphae: quem Hercules ex creta eo abegit. Eſt ⁊ oppidū hoc nomine iuxta Tricorythum ⁊ Rhamnē vrbem in qua clarū Nemeſis templū fuiſſe memoratur.

Marathon συνγτω θ οτι το μαραθρον λεγο μεν την ποαν λατινοι φηνικλον: a noſtris fęniculus appellatur.

Marathuſa inſula quedam a copia fęniculi ſic dictę q̄ et Claçomenia dicitur.

Marceo es: marcui: putreo a quo Marceſco putreſco. a macie: quoniā quę macię attenuata ſunt facile putreſcunt. Huius cōpoſitū eſt Emarceo quod eſt valde marceo: a quo Emarceſco. Hiero. in Geñ. Tetigit neruū eius ⁊ ſtatim emarcuit.

Marcor: putredo. Pli. Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel panni marcor affuerit.

Marcellus nomen viri clariſſimi Romani proprium:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cuius geſta ⁊ a Plutarcho ⁊ ab aliis ſcripta ſunt.

Marcella: nomē mulieris romanę: quę cum a matre rogata eſſet gauderet ne ſe nupſiſſe. Ita valde reſpondit: vt amplius nolim.

Marcipor: marci puer: hoc eſt famulꝰ. Sic Publipor Lucipor ⁊ huiuſmodi.

Marcōmani: populi germianę q̄s Cęſar cuȝ Arioviſto Germanorū rege ſuperauit.

Mareotis idis: lacus in ęgypto: vt auctor eſt Stabo. Plinius etiā aſſerit mareotida partem lybię ęgypto conterminā appellari: ⁊ mareotas populos in ea habitātes. Et mareotis pars Epiri in qua vinum optimū naſcitur. Unde mareotides vuę dictę ſunt. Virg. Sunt ⁊ mareotides albę.

Margea: nomen fontis apud Pliniū. Quo nomine dicta eſt vrbs in Helide.

Margarita ę. ⁊ margarites ⁊ margaritum in noīatiuo declinari poteſt. Hiero. in parabo. Inauris aurea et margaritū fulgens. Ser. declinat Margaris idis: ⁊ idos: a cuius gtō greco latine formatur margarida. Pli. lib. ix. ſcribit margaritas naſci in Britānia paruas ⁊ decolores. Tacitus de vita Iulii agricole. Fert Britānia auruȝ et argentū ⁊ alia metalla gignit: ⁊ oceanus margarita ſed ſuffuſca ⁊ liuentia. Romani margaritas appellauerūt vniones ab eo ꝙ nulli duo indiſcreti reperianť. Margaritā ⁊ lapilluȝ generali noīe vocamus. Nam lapillus gēmarū margaritarū cōmune eſt nomen: ſubintelligiturq̄ precioſus. Qd ſi maiuſculi fuerint precioſi lapides dicunť.

Margaritarii: negociatores mangoneſq̄ margaritaꝝ.

NB. Mare: aquarū cōgregatio generaliter dicitur. Et multę collectiones aquarum vocantur maria ſicuti Ambro. lib. hexa. inquit. Sicut eñ multę terrę: vt africa: hiſpania: thracia: macedonia: ſyria: ęgyptꝰ: gallia: atq̄ italia: pro regionū appellanť vocabulis et vna eſt terra: Ita multa dicuntur pro locorum appellationibus maria ⁊ vnū eſt mare ſicut ait propheta dicens. Tui ſunt cęli ⁊ tua eſt terra: orbē terrarū ⁊ plenitudinem eius tu fundaſti: aquilonē ⁊ mare tu creaſti. Nā et oceanū mare dicimus ⁊ thyrrhenum ⁊ adriaticuȝ et indicum et ęgyptium et ponticū ⁊ propontidem ⁊ helleſpontū et euxinum ęgeū ionicū atlanticū. Vide in dictione Oceanus. Una igitur generalis collectio diciť mare eo ꝙ iugis vnda atq̄ ꝯtinua ab idico mari vſq̄ ad Gaditani oram littoris: ⁊ in mare rubrū extrema circūfuſo orbe terraꝝ includit oceano. Et multe collectiones maria nuncupātur: quoniā in diuerſis locis diuerſa ſunt nomina: quia vocabula aquis ex regionum vocabulis adheſerūt. Phacellus aūt in epigrāmate φευγε θαλασσια εργα βοων Δε επιβαλευ εχετλη ει τι τοι ηΔυ μακρησ πειρα τειΔειν βιοτησ ηπειρω γαρ ενεστι μακροσ βιοσ ειν αλιΔε ο υπωσ ευμαρεσ εισ πολιην ανΔρασ ιΔειν κεφαλην.

Marinus a um: qđ mare incolit: vel quod eſt a mari: vt piſcis marinus. Tranſmarinum autem dicimus qđ trās mare eſt vt trās marine merces: ⁊ trāſmarinus triumphus.

Maritimus a um: penul. cor. qđ ad mare incolit: vel qđ ad mare eſt: vel ad mare fit: vt ora maritima: gēs maritima: bellum maritimuȝ. Maritimū etiam dicitur quod ex mari: ſiue quod maris eſt. Plau. in ru. Fluctus maritimos. Et Ambro. piſces maritimos dixit.

Maris fluuius Agathyrſarum in hiſtrū fluēs: Marus mons thracię.

Maritus vxoris vir: ab eo ꝙ ſit mas. Marito as viro trado ſeu aſſocio. Nam non ſolum de hominibꝰ ſed etiā de aliis diciť. Col: li. iii. Sexto anno ſi iam videbitur firma maritabiť hoc modo. ſ. ipſa arbor. Et lib. v. Et ideo maritādis arboribus nemo minorē pedanea ſcrobem vitibus comparat.

Maritę dicuntur mulieres nuptę. Oui. lib. ii. faſ. Dura cum ſorte marite reddebant vteri pignora rara ſui. Hiero. Tunica eius varia atq̄ diſtincta in virginibꝰ viduis cōtinētibus ac maritis. Similr ⁊ de arboribꝰ diciť. Pli. lib. xiiii. Iam in cāpano agro populis nubūt vites: maritaſq̄ cōplexe atq̄ ꝑ ramos earū ꝓcacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes cacumina ęquant.

Mariſcus genus Iunci: quē holoſchenō gręci vocant hoc eſt totū iuncū. Ex eo fiūt tegetes ⁊ marine naſſe.

Mariſcę ficus inſipidę. Mar. Infanti meli mela dato fatuaſq̄ mariſcas. Nā mihi q̄ nouit pūgere chia ſapit Pli. li. xvii. Cat. de ficis ſerēdis ita meminit. Ficos mariſcas in loco cretoſo ⁊ apto ſerito. Quidā dicūt Mariſcas eſſe ficus q̄ prę pinguedine aperianť: ſemēq̄ oſtēdāt. Col. Purpureęq̄ celidonię pingueſq̄ mariſce. Mar. Donaſti lupe rus ſubinde nobis legiť: nec boletꝰ hiare nec mariſca ridere. Uñ ꝓ obſcenę libidinis morbo q̄ñq̄ ponitur: mariſce eñ tubercula dicunť q̄ cū vlcere ex turpi ꝯfricatione circa ſedē naſcunť ꝙ ſūt morbo ſimilia quē Celſus ſycoſen. Iulius ſycon gręce vocāt ⁊ latine ficus dicitur. Iuuena. Ceduntť tumidę medico ridente mariſcę.

Margo: folii extremitas q̄uis etiam pro cuiuſlibet rei extremitate dicať: vt pro ripa agri non culti: ⁊ eſt generis maſ. apud Oui. lib. i. me. Longo margine dicentē fęminini apud Iuue. Plena iam margine libri Hinc Margineus a um: qđ eſt in margine.

Mariandinorū regio in Aſia ſita eſt bithynię conterminā vbi hercules cerberum canē tricipitē deuicit queȝ ferunt virus euomuiſſe eāq̄ regionē infeciſſe.

Margiana: regio Aſię maioris: inclyte apricitatis vt inquit Solinus ambitu ſtadiorū mille quingentorum: difficilis aditu propter arenoſas ſolitudines in qua Antiochꝰ antiochiā extruxit: vt li. xi. ſcribit Strabo.

Marius q̄ ſepties apud romanos cōſul fuit. Hūc arpinatē fuiſſe aiunt humili loco natū notū hominē aratorem qui in villa Ciuernate (vt inquit Plu.) vitam diu vixit ruſticā plane et agreſtem procul ab vrbanis mūdiciis: hic ꝑ ordinē primis honoribus fuuctus legatus metello in numidia criminādo conſulatū adeptus: iugurthā captū ante currū egit: in proximum annū cōſul vltro factus Cimbros in gallia apud aq̄s ſextias theutonas in italia vicit: deq̄ his triūphauit. Victus a Sylla mynturnis in palude latuit: inuentꝰ ⁊ in carcerē cōiectus imiſſum ꝑcuſſorem gallū vultus auctoritate deterruit. Acceptaq̄ nauicula in africaȝ traiecit: ibi diu exulauit. Mox Cinnana dñatione reuocatus ceſis inimicis ſeptimo conſulatu vt quidam ferunt voluntaria morte deceſſit. Hic cum in cruribꝰ varices haberet ꝓbuit varicoſum crus medico ſecādum. Et dum ſecaretur neq̄ ſuſpirās neq̄ ſuꝑcilia cōtrahēs ꝑtulit ſectionē: fixiſq̄ oculis ſpectauit cruciabilem curationē. Cūq̄ medicus alterum crus ſecare vellet minimę aſſenſum prębuit dicens Curationem tāto dolore dignā eſſe nō arbitror: habuit filiū Mariū noīe qui cū eſſet. xxvii. annorum conſulatū inuaſit quē honorē mater tam imaturum fleuit. Hic patri ſeuitia ſimilis curiā armatus obſedit: ⁊ inimicos trucidauit: tandē ſe iugulandū prębuit.

Marmor genꝰ lapidis cuiꝰ diuerſa ſunt genera. Quoddam eñ albū pariū dicitur a paro inſula. Simile ex ligura vehitur quod a loco Carrarienſe vocitať. Tale liguſticū: olim lunenſiū lapidicine dederūt. Aliud laconicū qđ eſt viride ⁊ cunctis hilarius. Aliud luculleū qđ fere atrū erat quo delectatus lucullus illi nomen indidit. Aliud Ophites a maculis ſerpētiū q̄bꝰ diſtiguiť nomē accepit. Aliud porphyrites qđ eſt rubeū cādidis interuenētibꝰ pūctis leucoſtictos vocať

Baſſalté ferrei coloris ⁊ duriciei vnde nomé mutuaẗ Onychites ex arabię montibus eſt ex quo vaſa potoria in germaniā ꝑducunẗ. Alabaſtritē quoqꝫ candidū cauare ſolēt ad myrothecia qm̄ vnguēta incorrupta ſeruare crediẗ. Sunt ⁊ alia marmoris genera q̄ breuitatis cauſa omitto μαρμαρον δε λεγομεν.

Marmoreus a um: quod ex marmore eſt: vt ſepulchrū marmoreum.

Marmoratus a um. qđ ſuperficiem tm̄ ex marmore habet. Aug. in pſal. interꝑtatiōe. Nā plerūqꝫ audis diuitē dicentē habeo marmoratā domū quā relicturus ſum. Var. lib. iij. de re ruſt. ſubſtantiuū vſurpauit. Intrinſecꝰ quaſi leuiſſimo marmorato toti parietes ac camere obliniūẗ: ⁊ extrinſecꝰ circū feneſtras ne mus aut lacerta adrepere ad colūbaria poſſit.

Marra fereū inſtrumentū qđ vulgo marracius dicitur Col. lib. xj. Contūdat marrę vel fracti dente ligonis Iuue. Ne marre ⁊ ſarcula deſint.

Marpeſus penul. ꝓducta: mons in paro inſula. A quo Marpeſius a um.

Mars apud gentiles deus creditus: dictus ꝙ maribus in bello ꝑſit ſiue ꝙ a ſabinis acceptus eſt apud quos mamers vocaẗ: a poetis mauors dicitur ꝑ epentheſim ꝙ magna vertat. Vel a greco qđ eſt αρης Ares poniẗ interdū ꝓ bello. Liui. Aliquādiu ibi marte incerto varia victoria pugnatū fuit. Eſt ⁊ mars nomen ſtellę deū dicunt antiq: Qr aūt eſſet deꝰ ita ſcribit Iulius pollux. θεον δε ειναι δοξα ζουσιν ελληνες ζωον αθανατον λογικον τελειον νοερον εν ευ δαιμονια κακου παντος αγεπι δεκτον προνοητι κοινκος μουτε και τον εν κοσμω και τα λοιπα.

Martius a um: qđ ad martem pertinet: vt martia auis interdū bellicum: vt martia arma. Aug. lib. iij. de ciuita. dei. Nullo martio impetu territi ſedarenẗ inimici. Interdū bellicoſum: vt martius populus: Eſt et Martius nomē ꝓpriū: vt in. q. martio q̄ iuſſus a ſenatu aquaꝝ ducꝰ anienis reficere nouā a noīe ſuo aquā martiā appellatā cuniculis ꝑ montē actis adduxit.

Martius menſis dictus eſt primus anni mēſis: quoniā Romulus primū anni menſem genitori ſuo dicauit. Oui. A te principiū romano dicimus anno. Primꝰ de patrio nomine menſis erit.

Martius campus romę dictus eſt ꝙ marti conſecratus eſſet. Liui. Ager Tarq̄nioꝝ q̄ inter vrbē ⁊ Tyberim erat cōſecratus marti: Martius deinde cāpus fuit.

Martia Catonis filia minor fuit. Que cuꝫ quereret ab ea cur poſt amiſſuꝫ maritū denuo nō nuberet: Rn̄dit nō ſe iuenire virū q̄ ſe magis vellet qꝫ ſua Quo dicto oñdit diuitias magꝭ i vxoribꝰ eligi ſolere qꝫ pudiciciā

Martius qui Ancus cognoīatus eſt: quartus Ro. rex equitate ⁊ religiōe auo ſimilis: latinos bello domuit Auentinū ⁊ Martiū montes vrbi addidit: noua męnia oppido circūdedit: ſyluas ad vſum nauiū publicauit. Salinarū vectigal inſtituit. Carcerem primus ędificauit. Oſtiam coloniam maritimis cōmeatibus oportunā in oſtio tyberis deduxit.

Martiacus a um: qđ ad martē pertinet: hoc eſt ad bellū Unde ſtipēdia militū martiaca dicunẗ.

Martialis ⁊ hoc martiale: qđ eſt natū ſub marte ſtella. Martialis ṽo ſubſtantiuū eſt nomen viri ꝓprium.

Marſpiter penul. corre. quaſi martis pater: ſicut Dieſpiter diei pater.

Marſia regiuncula Italię vltra picenū ſamnites verſus a Marſo Circes filio a quo originē duxerunt dicta: cuius populi marſi ſunt vocati nō longe ab vrbe Vñ marſica vina. Nā marſica ſūt e marſicis mōtibꝰ Sunt ⁊ marſi aliȷ̄ populi in Scythia vt ait Herodo.

Marſupium: ſacculus nummoꝝ. Gręce μαρσυπιον Cato de liberis. Et qđ perſpicuū eſt maiorem curam habere marſupiȷ̄ noſtri qꝫ vitę noſtrę.

Martyr latine teſtis dicitur. Martyriū teſtimonium.

Marubiȷ̄: marſorum populi circa fucinum lacum dicti quaſi circa mare habitantes.

Marrubiū: herba ſatis nota que exulcerare veſicā putatur. Gręci praſion. Aliȷ̄ Lynoſtrophon. Quidam philopeda. Nōnulli philocharen appellant.

Marrucini: populi in regione marſorum. Syl. lib. viij. Marrucina ſimul ferētanis emula pubes.

Marmarica regio africę q̄ vt Ptol. lib. iiij. ſcribit ab occaſu terminatur cyrenaica: a ſeptentrione ęgyptiaco pelago ab oriente ęgypto: a meridię parte lybies. In ea ſunt Naſamones ⁊ libyarche populi.

Mas diciẗ qui non eſt fęmina Quis pro forti ⁊ magnanimo. Cuius diminutiuū eſt maſculus. Var. Si non plus teſticulorum offerendis qꝫ in caſtrato pecore in Apulia vincor non eſſe maſculū ad rem. A maſculus fit maſculinus a um: vt maſculinū genus.

Maſculeſcere eſt maſculū fieri. Pli. lib. xviij. Denſiore enim ſatu maſculeſcere: hoc eſt de rapis napos fieri.

Maſſagetes e. pe. cor. Magaſſagete populi Scythici in aſia vltra mare caſpium. Luc. lib. iij. Maſſagetes q̄ fugit equo volucreſqꝫ geloni. Qui cū ꝑ deſerta diſcurrunt equoꝝ ſuoꝝ ſanguinē cum lacte bibunt: apud hos ſenio confecti infruſta ceduntur: qui ṽo morbo intereūt feris deuorandi abiȷ̄ciūtur.

Maſſaniſſa ⁊ maſiniſſa vtroqꝫ modo diciẗ Numidarū regis nomē: q̄ p̄mo romanis hoſtis fuit deīde amiciſſimꝰ. De q̄ Oui. li. vj. Faſ. Poſtera lux melior: ſuꝑat maſiniſſa ſiphacē: Et cecidit telis haſdrubal ipē ſuis.

Maſſicus pe. cor. mons cāpanię optimi vini ferax: qđ etiā maſſicū diciẗ. Syl. lib. vij. maſſicus viniferis addebat noīa glebis. Hora. li. j. car. Eſt q̄ nec veterꝭ pocula maſſici. Docet Ser. maſſicus in plurali facere maſſica. Virg. lib. vij. Vertūt fęlicia baccho maſſica

Maſſilia vrbs in narbonenſi ꝓuincia. Conſtat imperāte macedonibus Aſtyage Hebreis ṽo Sedechia circa ſecundam ⁊ quadrageſimā olympiadem hanc fuiſſe ꝯditā: annis anteqꝫ virgo pareret. 612. poſt obitū Dauid regis annis. cccclxxiiij. Diruta deinceps a phocēſibus inſtaurata eſt q̄ cyri tyrannidē fugientes deſtituta grecia in hunc ſinum nauigarūt. Olim maſſilię ſtudia ingenuarū doctrinarū adeo floruerunt vt romani ꝓ attica peregrinatione maſſilioticū peterēt gymnaſium ad diſciplinas capeſſendas. Plu. in caſ. Maſſiliēſes mores tāqꝫ optīos ⁊ ꝓbatiſſimos dixit. Vbi tuos q̄ colere mores maſſilienſes poſtulas: hęc vini optimi ferax fuit. Vñ mar. Tu me maſſilie ponere vina putes. A maſſilia fiūt maſſiliēſis maſſilitanus maſſilioticus. Vñ maſſiliēſes viri: maſſilitana via: ⁊ maſſilioticū oſtiū.

Maſſylia cū y grȩco aqud grecos ꝑ ſimplex ſ. ſcribiẗ. Sꝫ qr a latinis p̄ma ꝓduciẗ nō abſurde ꝑ duplex. ſſ. exarari pōt. In hac ſyllaba ſy ꝓduciẗ: in ſuꝑiori corripiẗ. Luc. li. iiij. Et gēs q̄ nudo reſidēs maſſylia dorſo. Vir. li. iiij. Hinc mihi maſſyle gētis mōſtrata ſacerdos: ꝓuincia eſt quā q̄dā getulię et numidię mauris vicinā dicūt: nec lōge abeſſe ab hortis heſperidū. Huiꝰ gēs neqꝫ ephippiȷ̄s vtiẗ nec frenis ſed ſola virga ꝯtenta eſt q̄ agitet eq̄s ⁊ modereẗ. Ab hac maſſyli ⁊ maſſylei populi dicti ſūt q̄ a poetis modo ꝓ mauris: mō ꝓ getulis ponūẗ. Mar. Audiẗ qꝫtū maſſyla ꝑ auia murmur. Idem Maſſyleū virga gubernaẗ equū. Sunt etiā q̄ eos maſſulos vocitent.

Maſtiche es: pe. cor. teſte Pli. lib. xij. lachryma eſt quā Lentiſcus arbor gūmi modo ſudat. Sere. Rugarū ſulcos lentiſci maſtice tendes. Idem. Pulleiū abrotonū nitide cū maſtice coctū.

Maſtix icis: pe. cor. ge. fęmi. flagellum: ſcutica μαστιγω flagello. Vñ Homeromaſtix: ⁊ Virgiliomaſtix διαμαστιγωσισ diſflagellatio.

Maſtigophorus: flagellifer ſeruꝰ ab aliis ſepius ceſus: vel cedi dignus.

Maſtigia dici poteſt verbero: hoc eſt ꝟberibꝰ dignus. Plaut. Crucioꝛ lapidē non habere vt illi maſtigie cerebꝛum excutiam.

Maſtruce: veſtes quibus Sardi vtebanť. Plau. Maſtrucatus ⁊ plenus puluere.

Maſtos ελληνικωσ μαστοσ ἀλλα κυριωσ των ζωων latine mām̄a: vnde Bumaſthos vua de quo ſup̄. Hinc Tubuli mām̄ati ſeu mām̄e in balneis ⁊ fontibꝰ intelligunť. Quas Victru. li. viii. maſtos greca voce noiauit. Athenis inq̄t ex eiuſmodi locis ⁊ fontibus maſtiuſq̄ ad portū pyrreū ducti ſunt ſalientes. eas Var. li. de re ruſ. papillas cōuertit. Caſſiodo. hubera. Quāto inquit pulchꝛius eſt Claudiam aquā ꝑ tot ſicca mōtiū iuga lauacrꝭ: et domibꝰ liquores puriſſimos fiſtularū huberibꝰ immiſiſſe. Erat et Maſthos genus poculi.

Maſtupꝛari eſt manu tractando virilia rem veneream pagere. Inde maſtupꝛatoꝛes dicti. Quo ꝟbo vtiť Mar. Maſtupꝛabanť phꝛygii poſt oſtia ſerui: hoc eſt ꝑputia ducebāt. Nā a manu ⁊ ſtupꝛo deriuatur.

Materia ſeu materies eſt qua aliquid fit: vt materia libꝛi membꝛana ⁊ atramētū. Itē materia libꝛi ē hypotheſis ipſa. Hoꝛa. Sumite materiā vřis qui ſcribitꝭ equā viribus. Materia/domus/lapides/calx/ligna/tegule. Qua ꝓpter nō immerito materie appellatiōe ligna om̄ia cōpꝛehenduntꝭ qꝺ greci υλην pariter et ſyluā ⁊ materiā vocent: cū ligna dicanť ſolū ea materia q̄ edificiis apta eſt. Liui. Multā materiā cecide/rat miles. Col. li. iii. vocat materiē lignū qꝺ eſt intra coꝛticē. Quaſi cuneū ferreū inquit vel oſſeū inter coꝛticē ⁊ materiē lente dimittito ne ledas aut rūpas coꝛticē. Idē li. vi. materiā vocat palmitē qui de nouello naſciť et in tenero alligatus dependet. Itē materia fabꝛica lignaria diciť.

Materiarius faber lignarius: vel qui materiam ꝑſtat a materia: cuius noīe ligna ad fulciendū edificandūq̄ neceſſaria idonea ve ſignificantur. Plau. in Mi. Si non nos materiarius remoꝛať ad opus. Materiari ſignificat Lignari: a quo Materiatio.

Materiale qꝺ eſt materie: a quo Materialiter aduerbiū. Unde materialiter aliquid ſumi diciť cū nō foꝛma rei: ſed materia ſignificatur.

Mater a materia dici videť: ꝙ in fetu materiā ꝑbeat. Nā ſemē patrꝭ ꝓ artifice eſt ⁊ foꝛmā ꝑbet mať ſāguinē ex ſe ꝑſtat: ex q̄ fetus foꝛmať. Aliqñ tñ mater ꝓ nutrice poniť. Plau. Utranq̄ cōplexus eſt. Ita foꝛma ſimili pueri vt mater ſuam non iuternoſſe poſſet que mām̄ā dabat neq̄ adeo mater ipſa que pepererat.

Materfamilias gtūs grecus ad imitationē grecoꝝ qui femininoꝝ in a puram deſinētiū gtōs in as mitunt. Dicimus tamē et materfamilie ⁊ materfamiliarum. Eſt autē materfamilias vt docet Gel. ea ſola que in mariti manu mancipioq̄ eſt: qm̄ non in matrimoniū tm̄ ſed in familiā quoq̄ mariti ⁊ in ſui heredis locū venerit. Feſ. ſcribit non ante matrēfamilie dici q̄ꝫ vir eius paterfamilias appelletur. Nec poſſe hoc noīe plures in vna familia appellari: ſed vnā tm̄ matrēfamilias dici. At iurecōſultus Matrēfamilias inquit accipere debemus eā que nō inhoneſte vixit. Matrē em̄ familias a ceteris feminis moꝛes diſcernūt atq̄ ſeparāt: pꝛoinde nihil intereſt nupta ſit an vidua: ingenua an libertina. Nam neq̄ nuptie neq̄ natales faciunt matrēfamilias: ſed boni moꝛes.

Matrona diciť que in matrimoniū cū viro cōuenit: vt in eo maneat etiam ſi liberi non ſunt adbuc ſuſcepti. Quippe appellationē habet a matris noīe: nō iā adepto ſed cū ſpe ⁊ omine mox adipiſcendi. Unñ ipſum quoq̄ matrimoniū vocatū eſt qm̄ ea ſpe vir ⁊ vxoꝛ cōiunguntꝭ vt illa mater fiat. Hinc Matronalia qui erant dies matronis feſti.

Matrimoniū: eſt maris ⁊ femine cōiugatio. hinc Matrimoniale adiectiuū qꝺ ad matrimoniū ꝑtinet. Auguſt. lib. xiiii. de ci. dei. Quid cōcubitus ꝯiugalis qui ſm̄ matrimonialiū ꝑſcripta tabularū pꝛocreandoꝛū fit cauſa liberoꝛum.

Mater matrima illa diciť que cum mater ſit adhuc habet matrem viuentē ſicut patrimi ⁊ patrimes quoꝛū patres viuunt.

Matercula diminutiuū a mater. Hoꝛa. in epiſto. Dum pueris om̄is pater ⁊ matercula pallet.

Metertera: matris ſoꝛoꝛ: quaſi mater altera.

Matruelis idē quod matertera. et Matrueles dicūtur filii ⁊ filie matertere.

Matreſcere eſt matri ſimilem fieri. Pacu. Utinā nunc matreſcā ingenio vt meū patrē vlciſci queā.

Matrix: femina que fetus gratia teneť. Col. Sint ergo matrices robuſti coꝛpoꝛis q̄drate pectoꝛoſe magnis capitibꝰ. Medici tamē accipiūt matricē ꝓ vtriculo q̄ in feminis iūctus ē veſice q̄ ad ꝓgenerādū apta ē.

Matralia: matris matute feſta.

Mateola: apud Pli. et Cato. genus eſt marculi.

Mattheus: grece ματθαιοσ nomē viri ꝓpꝛiū.

Matta: ſtoꝛea ⁊ teges que fit cannabi lino iūco palma ſirpo aut ſparto. Ouid. Plauſtroq̄ moꝛantes. Suſtulit in plauſtro ſirpea matta fuit.

Matheſis vel mathema atis. penul. pꝛo. ὅτι το μανθανω ρημα αυτησ εστιν αλλοτε το δεικνυμι ωσ απολλωνιοσ και σουιδασ οθεν και μαθηματικοι λεγονται latine diſciplina diciť. Inde Mathematicus a. um. qꝺ eſt diſciplinabile: mathematici dicunť q̄ mathemata ſiue mathematicas diſciplinas noꝛūť. Ad diſciplinā em̄ ſpectāt geometria muſica arithmetica aſtrologia. Et he mathematice ſcie diſcipline dicūť: eo ꝙ diſcanť plane ⁊ per demōſtrationē quandā ꝑcipianť: phia ꝟo logica cū aliis nō dicunť diſcipline q2 nō firmiſſima demōſtratione vt ille: ſed ratione quadā ⁊ ſtudii inueſtigatiōe percipiūť. Alias mathematici vocāť Geneathliaci aſtrologiq̄ ⁊ qui chaldei vocanť quoꝝ ars eſt vt naturas hominū ex vultus inſpectione ꝓnūcient.

Matella a matulla fit: et ē aquarū vel vꝛine vas. Plau. in Amp. Nec tu poſtulas matellā vnā tibi aque infundi in caput. Mar. Diſpereā ſi tu pyladi pꝛeſtare matellā dignꝰ es. Greci ſcaphiū q̄uis etiā ad ventrꝭ excrementa accipi poſſit.

Matellio diminutiuū a matula ſiue matella. Var. de vi. pa. Poſtularet trulleū matellionē peluim.

Matiace: pile ſaponis a matiacis germanie populis. Mar. Accipe matiacas quo tibi calua pilas.

Maturus a. um. pe. pꝛo. ꝓpꝛie de frugibus dꝛ qꝺ neq̄ crudū/neq̄ mite/neq̄ caducū/neq̄ nimiū coctū: ſed in tꝑe tēperatū ꝑuenit vt poma matura. Per trāſlatione poniť qñq̄ ꝓ ſene: vt maturus homo. i. ſenex: ⁊ ꝑfectā etatē habēs. Virg. Aeui maturus aceſtes.

Matura etas ſenilis: quaſi omnino ꝑfecta ⁊ tēpus debitum aſſecuta. Qñq̄ pꝛo graui ac conſtanti. Et hoc modo non cōponitur. In aliis ſignificationibus habet cōpoſita Immaturus nō maturus. Aug. lib. xi. de ciuita. dei. Quis palee dedit tam feruidā vim vt poma immatura maturenť. Prematurꝰ: de q̄ alibi. Mature aduerbiū celeriter ſiue tēpeſtiue. Hiero. in Gñ. Cūq̄ mature ſurrexiſſet tulit duas vxoꝛes ſuas Aliqñ ſignificat grauiter. Hinc maturitas qꝺ modo fructuum coctionem ſignificat. Col. Nos quoq̄ medicatam fabam ſic cōperimus cū ad maturitatē ꝑducta ſit minus a Curguliōe infeſtari. Cic. Sul. Tamē hoc ſtudium quottidie ingraueſcit maturitate credo etatis ac pꝛudētia: modo grauitatē moderationēq̄.

Idē. Iā conſtantis ętatis ⁊ ſenectutis maturitas.

Maturo as. maturū facio: perficio. Quint. Nam ipſe
cos nōdū opinabar ſatis maturauiſſe quib⁹ cōponē/
dis vt ſcis paulo pluſq̄ bienniū impēdi. Sed hic per
tranſlationē: ꝓprie. Cic. in Cato. Primo eſt ꝑacerba
guſtatu: deinde maturata dulceſcit. Interdū Matu
rare eſt accelerare ita vt adhibeatur induſtrię celeri/
tas: et diligentię tarditas ex q̄b⁹ duobus ꝯtrarijs fit
maturitas: vt neq̄ aliq̄d citius neq̄ ſerius fiat. Hoc
verbū Diu⁹ Auguſt⁹ duob⁹ grecis vocabulis expri/
mere ſolebat σπευδε βραδεωσ: q̄ ſignificāt acce/
lera tarde. Vñ Virg. Quaſi cōtraria ſeꝑauit matu/
rare ⁊ properare cū ait: Frigidus agricolā ſi quādo
detinet imber. Multa forent q̄ mox cęlo properāda
ſereno maturare datur. Vñ Mature fit qd̄ tempe/
ſtiue fit. Idē Maturate fugā: qd̄ eſt quaſi cū maturi
tate. i. cū tranquillitate ⁊ lētitudine diſcedite. Quo/
modo dicim⁹ Matura iracundiā. i. mitiga. Sal. vi/
det̄ ſimplicit̄ poſuiſſe ꝓ properare cū ait Antonius
Catilinā cū exercitu ꝓſequi maturet. Sic Liui. li. x.
Inde comitioꝝ cauſa Romā ꝓfecturus maturauit.

Matureſco is. a matureo eſſe ꝯuenit. Matureſcere au
tē ē maturū fieri. Pli. lib. xj. Cū mella ceperint matu
reſcere abigūt fucos. Col. li. iiij. Nā ⁊ q̄ matureſcere
incipiūt tēpeſtiue legunt̄: et q̄ nōdū maturitatē cepe/
runt vuę ſine diſpendio differuntur. Hiero. in Ioel.
Mittite falces q̄ꝛ maturuit meſſis. i. matura facta ē
Hinc fiiunt cōpoſita Ematureſco et Permatureſco
q̄ ꝑfectionē act⁹ indicāt. Gel. li. j. Dñs poſtea ſegetū
illarū filiū adoleſcentē vocat. Et vides ne inquit hęc
maturuiſſe ⁊ manus iā poſtulare. Col. lib. ij. Sꝫ hoc
idē ſemē Cilicię Syrięq̄ regiōib⁹ ipſe vidi mēſe Iu/
nio Iulioq̄ ꝯſeri ⁊ per autūnū cū ꝑmaturuit colligi.

Matureſcere dr̄ homo cū nōdū grauis eſt: ſed iam inci
pit eſſe grauis. Et apoſtema matureſcere dr̄ cum nō
diſcutit̄: ſed ꝑducitur ad maturitatē: vt vel frangi ꝑ
ſe: vel ferramēto aperiri poſſit.

Matuta pe. pro. a noſtris Aurora: Leucothea a grecis
dicit̄: hoc eſt alba dea marina: dicta ꝙ matutino tē/
pori ꝑſit. Hęc fuit filia Cadmi noīe Ino. Athamāt̄
vxor. Hinc Matutinus a. um. Unde matutinū tp̄s
qd̄ mane fit. Et tunc Matuta aurorā ſignificat.

Mauors: qui et Mars ꝙ magna vertat. Unde Ma/
uortius a. um.

Mauritania: Africę regio extrema verſus Gaditanū
fretū ⁊ occidentalē oceanū. In ea Antheus gigas
regnaſſe dr̄ ab Hercule vict⁹. Eſt autē duplex Cęſa/
rienſis a Cęſarea ⁊ Tingitana a ciuitate Tingi. Di/
ctaq̄ eſt Mauritania a μαυρον qd̄ eſt nigrū vel ꝙ
nigros habeat colonos: gignit ſimias dracones ſtru
thiones ⁊ elephātes. Eius incole Mauri dicuntur.
Maur⁹ eñ nomē gentile ē vt Gall⁹ qui e gallia ori/
ginē hꝫ. Mauritan⁹ ṽo poſſeſſiuū vt Gallicus. Di/
cimus ergo virū maurū ⁊ bellū mauritanū.

Mauſolus pe. pro. dictio triſſyllaba: nomē ꝓpriū Carię
regis: a quo Mauſolū dictū eſt: ſicut in Cice. Pli. ⁊
Gel. lectū eſt. Mar. lib. x. Reperit̄ marmora parua
quidē ſed nō ceſſura viator Mauſoli ſaxis pyrami/
dūq̄ lege: et Mauſoleūtet raſyllabū nō mauſeolū.
Porꝑ. Nec mauſolei diues fortuna ſepulchri. Hoc
ſepulchrū Arthemiſia Mauſoli vxor: ędificauit ita
ęgregijs operib⁹ vt inter ſeptē orbis miracula nūere
tur. Attollit̄ in altitudinē. xxv. cubit̄: cingit̄ colūnis
xxxvj. Ab hoc ſepulchro oīa ꝑcioſa ſepulchra ex noīe
eius Mauſolea dicūt̄. Vñ Sue. ſepulchrū Cęſarū
appellauit Mauſoleū qd̄ extruxit Auguſt⁹. Suidas
autē μαυσωλοσ αρχων καρων φησι δε αυ/
τον θεοπομποσ μηδενοσ απεχεσθαι πρα
γματοσ χρηματων ενεκα. O auaritia ſi tunc
vnius principis nūc domina noſtri ſeculi.

Maxilla nō eſt dimi. a mala vt putauit Priſ. ſed mala
a maxilla fit per detractionē medię litterę vel potius
ſyllabe: ſicut docet Cice. lib. de ora. ad Brutum. Eſt
autē Maxilla in q̄ fixi ſūt dētes q̄uis etiā de ꝑte ex/
teriore q̄nq̄ dicat̄ q̄ barbā emittit. Perſ. Tu cū ma/
xillis balanatū gauſape pectas inguinib⁹ cur deton/
ſus tibi gurgulio extat. Hinc maxillaris ⁊ hoc maxil
lare: vt Dens maxillaris q̄ eſt molaris. Pli. li. xxxij.
Maxillareſq̄ ita ſanari dentes ꝑcipue putant.

Maximus: ſuꝑlatiuū a magnus: a quo fit aduerbiū ma/
xime: qd̄ q̄nq̄ etiā pręcipue q̄nq̄ ſepiſſime ſignificat.
Ci. Lentulo. Vel etiā id qd̄ mihi maxime libet Ma
xia veſtalis ea dicebat̄ q̄ dignitate reliq̄s anteibat
quales nūc vulgo abbatiſſas appellam⁹. Maximus
pōtifex q̄ rerū q̄ ad ſacra ⁊ religionē ꝑtinent curā ha/
bebat: vindexq̄ erat contumacię priuatoꝝ magiſtra/
tuūq̄. Maxim⁹ Curio. cui⁹ auctoritate curię oēs cu
rioneſq̄ regebant̄. Maximi annales ꝙ eos pōtifex
maxim⁹ cōſecraret. Maxima hoſtia ouilis pecoris
nō ab amplitudine corꝑis ſed ab animo placidiore.
Maxima mulcta erat triū miliū aſſium ⁊ viginti.

Maximates dicunt̄ primarij ciuitat̄ qui et ſummates
⁊ primates ⁊ optimates vocant̄.

Maçonomū pe. cor. gręca dictio q̄ lanx ſignificat̄ ad fe/
renda obſonia in mēſa. Val. li. iij. de re ruſ. Alios vi
deret turdos i maçonomo poſitos coctos alios vo/
litare circa feneſtras captos: gręce μαζονομον
λεγεται.

## M Ante E

Meatus us. Vide in dictione Meo as.

Meapte. i. mea ꝓpria. Terē. in Heau. Ita me dij amēt
vt ego nūc non tam meapte cauſa letor q̄ illius quā
ego ſcio eſſe honore quouis dignā.

Mecaſtor: iuſiurandū: q̄ſi ita me caſtor adiuuet.

Mechanicus pe. cor. faber opifex eoꝝ operū q̄ ingenio
ſil̄ ac manib⁹ fiūt. απο τησ μηχανησ qd̄ inuenti/
onē ſignificat. Et mechanica ars fabrilis. Vñ artes
diuidunt̄ in liberales ⁊ mechanicas.

Męcenas cū ę. diph. ꝓpriū nomē thuſci equitis clariſſi
mi: et apud Auguſtū potentiſſimi ad quē. Virg. et
Hora. opera ſcripſerunt.

Mecū. i. cū me vbi ꝑpoſitio euphonię cauſa poſtponit̄
Mecū viuit. i. familiaris meus eſt. Interdū mecum
ſignificat infra me. Terē. in hecy. Haud ꝓpterea te
rogo vt hęc ꝓferam ſed vt tacita mecū gaudeā. Sic
ſecū/tecū/nobiſcū/ ⁊ vobiſcū.

Mediſcuticus nomē ē magiſtrat⁹ magni apd̄ cāpanos.

Medea nomen colchorum reginę crudelitate inſignis
Oete regis filię et Iaſonis vxoris. Hora. Ne pue/
ros corā populo Medea trucidet.

Media regio in Aſia a Medo medeę et aegei atheni/
enſium regis filio ſic noīata: vt Soli. refert: a q̄ medi
ppl̄i dicti ſūt. Hos tñ Ioſeph⁹ ſcribit a medeo Ia/
phet filio dictos fuiſſe. Hęc regio vt Ptol. inq̄t a ſe/
ptētrione hyrcano mari t̄minat̄: ab occaſu maiori ar
menię ⁊ aſſyrię a meridie perſide ab oriēte hyrcania
ac parthia q̄ mōtib⁹ excludit̄. Sūt q̄ mediā in duas
ꝑtes diuidāt q̄rū alterā maiorē vocauere: alterā an/
tropatiā. Maior̄ Ecbatana fuere metropolis ma/
gna ciuitas. In media ſūt mōtes Caſpis maiori arme

Meduſa fuit filia Phorci ex Cetho cō/ (nię ꝯtermini.
iuge q̄ vna cum duabus ſororib⁹ Eurialę ⁊ Stenonę
Gorgades inſulas i oceano ęthiopico tenuiſſe ferūt
vñ ⁊ Gorgonides appellāt̄. Ei⁹ capilli i angues a mi
nerua imutati ſūt: ⁊ q̄ illā aſpiciebāt i lapides ṽtebā
tur. quā Perſe⁹ ꝑemit ex cui⁹ cruore natus eſt Pega
ſus: nr̄ autē Suidas μεδουσα η και γοργονη
ηλιθενη σα περσευσ ο δαναησ και πηκου
υιοσ. διδαχθεισ πασασ τασ μυστικασ φαν

τασιασιδι αμβουλομενοσ ἑαυτω καταστησ αιβασιλειαν καταφρονησ ειησ των μηδων ⁊ ſubdit. εκαλεσε δε γοργονη δηαιτην οξυ τη τα τησ ευεργειαν: qui autẽ velit audire res nouas ⁊ inſolitas hoībus latinis: legat reliqua in Suida et alijs ſcriptoribꝰ grecis.

Medius a. um. qđ menſuratũ equaliter diſtat ab extremis ꝙuis etiã mediũ dicat̃ q̃cq̃d inter duo extrema ẽ etiã ſi non equaliter diſtet. Virg. Iã mediũ tenuere rates. Quãdoqꝫ mediũ dicit̃ cõmune: vt in medium venit: In medio ſũt: E medio diſceſſerũt. Quãdoqꝫ manifeſtũ. Virg. Medioqꝫ ex hoſte recepi. Quãdo qꝫ intercedẽs. Idem. Ne qua ſcire dolos mediuſve occurrere poſſit. Et dicit̃ medius ſm Priſ. a modo hoc eſt a menſura: vnde ⁊ modius ⁊ differentię cauſa medius mutauit o. in e. Vel dicitur a greco μεσοσ mediꝰ. Hinc dimidius a. um. quaſi ꝑ mediũ diuiſus. Medietas media pars.

Mediuſfidius compoſitũ eſt: et ſignificare videtur Iouis filius: id eſt Hercules: quia Δια greci: nos Iouẽ dicimꝰ: et fidiũ pro filiũ: q2 ſepe ꝓ l. littera d. vtebãt̃. Quidã exiſtimant iuſiurãdum eſſe: vt ſi pro dij fidẽ: quaſi pro diuini tẽporis: id eſt diei fidem. Alij ſic exponunt. Sanctus fidius ⁊ ſemi pater dij fuerunt ſabinorum quos domos demigrantes in collem quirinalem cum cetera ſupellectile detulerunt: idqꝫ numẽ verbis trinũ: re vnicũ eſſe dixerunt. Unde licet tribꝰ ipſis templum eſſet in quirinali colle dicatum: vnius tamen ſancti vocabulo appellabatur: obtinuitqꝫ huius nominis opinio ſanctitatis magnã vim habere iuſiurandũ quo in trino et vnico numine mediũ eſſe quis fidiũ affirmaret.

Media vocabula dicunt̃ quę ⁊ in bonã ⁊ in malã partẽ accipi poſſunt. Meſa a grecis dicta qualia ſunt tempeſtas valitudo facinus dolus gratia induſtria periculũ venenũ contagiũ. Et apud veteres honor: quo ſignificabat̃ iniuria.

Mediocris ⁊ hoc mediocre mediũ tenens: modeſtus. Luci. lib. xxvij. Paulo hoc melius ꝙ mediocre hoc minus: malũqꝫ et peſſimũ: ſed tamẽ oĩa hęc mediocriter. Hinc mediocritas. Cice. lib. j. offi. Eadẽ ratio eſt habenda veſtitus: in quo ſicut in pleriſqꝫ rebꝰ mediocritas optima ẽ. Col. lib. iiij. Mediocritas in electione loci maxime probat̃: quoniã in confinio boni maliqꝫ poſita eſt.

Medianus a. um. quod in medio eſt. Unde medianas colũnas. Victru. dixit vt ab angularibꝰ ꝗ craſſiores ſunt diſtingueret.

Mediaſtinus penul. pro. qui in medio lauantiũ ſtat in balneis: inquit Priſcia. Nonius mediaſtinos ꝓ balneatoribus. Itemqꝫ pro miniſtris et cruciatoribus edium accipit: ꝙ in medio ſtent vt oĩbꝰ miniſtrent Sed viliſſima queqꝫ mancipia in agro maxime: mediaſtinos eos accipere debemus q̃ abiectiſſima queqꝫ inter ſeruos officia obeunt: cuiuſmodi ſunt hodie in principum domibus cognomine lignarij / bacularijqꝫ: quorum vna illa functio eſt vt oĩbus pareãt: nec vllius imperiũ detrectent: in medio ſemꝑ ⁊ propatulo ad nutus oẽs excubẽt. Cice in Cati. Magno pere contemno exercitũ collectũ ex ſenibus deſperatis: ex agreſti luxuria: ex ruſticis mediaſtinis decoctoribus: ex his qui vadimonia deſerere ꝙ illũ exercitũ maluerunt. Col. lib. j. Mediaſtinus qualicũqꝫ ſtatu poſſit eſſe modo perpetiẽdo labori ſit idoneus. Idẽ. Separandi ſunt aratores a vinitoribus atqꝫ a mediaſtinis. Hora. in epiſtolis. Tu mediaſtinꝰ tacita ꝓce rura petebas. Luci. Villicũ Ariſtocratẽ mediaſtinũ atqꝫ bubulcũ. Vlpia. Qui mediaſtina opera fungit̃: non continetur vt purpurarij. Atriarij et Focarij: et his ſimiles.

Mediterraneus a. um. quod eſt a mari remotum quaſi in media terra. Mediterraneũ mare quod per medias funditur terras cum in ambitu terrę circunfluat Oceanꝰ ab Abila Mauritania et Calpę Hiſpanię promontorijs.

Medioximus vel medioxumus pe. cor. mediocrẽ ſiue mediũ ſignificat. Unde medioximi dij vocant̃ poteſtatis medię. Ser. lib. viij. enei dicit Herculẽ cõem deũ vtriuſqꝫ naturę mediũ: ⁊ inter mortalitatẽ ⁊ diuinitatẽ ſunt numina aliqua tantũ terreſtria: aliqua tm̃ cęleſtia: aliqua media: q̃s deos Apul. medioxumos vocat. Plau. in Caſ. At ita me dij deęqꝫ ſuperi inferi et medioximi.

Mediolanum: vrbs ⁊ ciſalpinę gallię metropolis populi multitudine refertiſſima dicta a ſue mediatim lanata. Nam apud Ambro. legitur in quadã epiſto. Cũ a gallicanis populis initũ conſiliũ foret pro conſtituẽda vrbe effoſſo ſolo inueniſſe ſuem dimidiatim lanatã a quo portento: mediolanũ eſſe nuncupatum ab eo. ſ. apro ex media ꝑte lanato. Ferunt hanc vrbẽ a gallis ſenonẽſibꝰ ante chriſti aduentũ annis. ccclix. inſtauratã ſeu cõditã fuiſſe. Hinc Statius Cecilius comicus ortus fuit Stephanus Biçantius excellentiſſimꝰ chronographꝰ μεδιολανον πολισ ακυταριασ και οι οικουντεσ μεδιολανεοι και πολισ αλλη τησ ιταλιασ λαμπροτατη.

Meditullium non mediũ terrę: ſed procul a mari quaſi meditelliũ q̃ſi ab eo qđ eſt tellus. Hiero. Et quomodo diuitię ⁊ honores ⁊ corporum ſanitates ⁊ cetera aque indifferentia noĩamus nec bona nec mala ſunt ſed velut in meditullio poſita vſu ⁊ euentu vel bona vel mala fiũt. Sũt qui hoc nomẽ a meditor deducãt vt ſit locus meditationis ⁊ exercitij.

Meditrinalia: ſacra quę poturi muſtum faciebant hoc prefamine. Vetus nouum vinum bibo veteri nouo morbo medeor.

Medimnus: genus menſurę ſex modios continentis. Methimna vero Aetolię oppidũ.

Medeor eris. a medius fieri videt̃: nam medijs quibuſdam hoc eſt tempeſtatis rebus hoc fieri oportet. Et cõſtruit̃ quãdoqꝫ cũ gtõ. Hiero. in Hiere. Quis meditabitur tui: q̃nqꝫ cum dtõ qđ eſt in frequẽtiore vſu. Lact. lib. vj. Circũſpice cõſciẽtiã tuã ⁊ iniquitatum medere vulneribꝰ: q̃nqꝫ cũ actõ. Ter. in phor. Quas cũ res aduerſe ſint minus mederi poſſis. Inuenitur etiã Medet̃ impſonale. Pli. lib. xxvij. Ex eo medet̃ oris vlceribus peruncṫis hoc ſucco folijs puſillis. Huiꝰ vbi cõpoſita ſũt Immedeor qđ eſt intus medeor. Col. li. vj. Si oportebit palorũ capita ⁊ imas partes mixto fimo cũ cinere obliniri ⁊ ita totos eos immederi. Remedeor aris. remediũ prebeo. Priſc. Medeor eris. Remedior aris. teſte Capro.

Medico as. et medicor: idẽ ſignificant qđ medeor. Virgi. lib. j. Georg. Semina vidi equidẽ multos medicare ſerentes: ſed medicari frequentiſſime dr. Et modo cũ dtõ iũgit̃. Idẽ. Senibꝰ medicãt̃ anhelis. Modo cũ actõ. Idẽ. lib. xj. enei. Sed non dardanię medicari cuſpitis ictũ Eualuit.

Medicus: qui mederi ſolet. Officium medici: vt inquit Aſclepiades eſt vt tuto: vt celeriter: vt iucũde curet.

Medicus a. um. qđ eſt medici. Virg. lib. iij. Georg. Dũ medicas adhibere manꝰ ad vulnera paſtor abnegat.

Medica herba quę ꝓcipue nutrit equos eo ꝙ in media abundet. Ser. ſcribit: medicã a medis in gręciã tranſlatã q̃ tpe ſeã romani inuaſerũt ꝗ ſel' ſata decẽ annis durat. Huius plena venetia eſt triũ folioꝝ ⁊ ſemper virens eſt ſm Diony. Cuius natura eſt vt vno anno frequenter ſerat̃: ⁊ poſtea aliquot annis ſponte procreetur. Et vulgo dicit̃ ſylla. Col. lib. vij. Ad maciẽ nulla res tantũ quantũ medica poteſt.

Medicum velum quod in prora ponitur.

Medicina medicamen medicamentũ et medela: idem
ſignificãt .ſ. id quo quis curatur: mirũ autẽ eſt quod
ſcribit Teophilus de pulſibus et vrinis οτι οιπ/
ποκρατης θειοσ ι ηιροσ ουκεσ χεγγωσιυ
περι τοϋισ φυγμων αλλα ταπλευρα καί
μετωπον χει ρισυρηψε. Sumit̃ tñ qñq; medica
mentũ pro veneno: ſicut venenũ pro medicamento:
quoniã greci vtrũq; pharmacon vocant. Caius iure/
conſul. Qui venenũ dicit: adijcere debet bonum vel
malũ : nã et medicamenta venena ſunt: quia eo noĩe
omne cõtinetur quod adhibitũ naturã eius cui adhi
bitũ eſt mutat. Cũ id quod nos venenũ appellamus:
gręci pharmacũ dicunt: et apud illos q̃q; tã medica/
menta q̃z quę nocent hoc noĩe continentur. Galenus
autẽ medicinã ampliauit: qui quanta ſcripſerit ſi me/
morarẽ eſſet incredibile: ſed inter alia mirãda ſupra.
xxij. libros περι των ανατομικων: quorũ magnã
partẽ habet illuſtris Antonius Vicecomes muſarũ
amãtiſſimus. Galenus autẽ quo tp̃e fuerit ita ſcribit
lib. j. magnę anotomię. ανατομικασ εγχει ρισε/
ισ εγραψα μενκαί προσ θεν ηνικα το προ/
τον εισ ρωμην αρηλθον αρχειν ηργμενου
του και νυν η μιν αρχοντοσ αντωνινου: ⁊ mul
ta alia quę ſcribit de ſeipſo: ibidem Galenus: nõ aũt
galienus.

Medicinale adiectiuũ qđ ad medicinã ꝑtinet: vt herba
medicinalis. Medicinalis v̑o digitus dictus eſt mi
nimo proximus: vt inquit Macro. Quoniã neruus
quidã de corde natus pergit vſq; ad digitũ manus ſi
niſtrę. Ob quã cauſam nouus nupt᷒ huic digito tan/
q̃z cordis vicario ſuę ſponſę imponit annulũ.

Medicabile cui adhiberi medicina poteſt. Ouid. Hei
mihi ꝙ nullis amor eſt medicabilis herbis.

Medibile idem quod medicabile. Feſtus. Medibile:
medicabile.

Medicamẽtarius qui medet̃. Pli. lib. xix. Sectiui duo
genera: hoc herbacium folio inciſuris eius euidenti/
bus quo vtunt̃ medicamentarij. Medicamẽtarius
a. um. qđ ad medicamentũ ꝑtinet. Idẽ lib. xvij. Her/
bariã ⁊ medicamentariã .ſ. artem.

Meditrina pe. pro. medicamentorũ dea cui᷒ ſacra etiã
meditrinalia dicebant̃: de quib᷒ paulo ſupra.

Medipontus inſtrumentũ funariũ apud Catonẽ.

Medulla: dicta eſt ꝙ in oſſib᷒ media ſit. Hinc Emedul
lo as. quod eſt medullã extraho. Plini. de lymonio.
Itẽ graueolentiã alarũ emẽdat: radicis emedullatę
vncia in vini falerni heminis trib᷒ decocta. Per trã/
ſlationẽ ſignificat declaro. Plau. Narra iã rẽ nobis
omnẽ atq; emedulla.

Medullitus penultima pro. aduerbium eſt ⁊ ſignificat
ex intimo vel intime. Var. Medullitus aquiloniam
ſeruat frigedinem.

Meduacus venetorũ fluuius qui nunc vulgo Brenta
dicit̃. Nam oſtia padi. Plini. ſcribens hęc ait. Pro/
ximũ portum facit Brondulum ſicut Edronem me/
duaci duo ⁊ foſſa clodia. Stra. ſcribit meduacũ vo/
cari et portum ⁊ fluuiũ. Idẽ ſupra venetos carnorũ
et meduacorum fuiſſe gentẽ tradit. Vide plinium in
initio primi voluminis.

Meditor penultima correpta q̃ſi medio animo verſo
hoc eſt cogito. Hiero. Ex hoc loco intelligimus non
ſolum Herodem ſed ſacerdotes et ſcribas eodem
tempore necem domini fuiſſe meditatos. Interdum
meditari eſt cogitando inuenire. Terẽ. in And. Ve/
nit meditatus alicunde ex ſolo loco. Interdum exer/
cere. Virgilius. Agreſtem tenui meditabor harun/
dine muſam. Inde meditationes romanorum dictę
ſunt conflictus ſine ſanguine: et omnes artes aucto/
re Vegetio in meditatione cõſiſtunt. Interdũ Ten/
dere. Virg. Nec lupus inſidias pecori: nec retia cer/
uis Vlla dolũ meditant̃ amat bonus ocia daphnis.
Dicitur ⁊ meditor quaſi melitor. Nam greci μελε
ταω meditor dicunt. L. enĩ pro D. inuicẽ ſibi cedũt:
vt ſella pro ſedda. Virg. Silueſtrẽ tenui muſam me/
ditaris auena: quod eſt quaſi melitaris : quaſi dulce
canis. Reperitur etiam hoc verbum in paſſiua ſigni
ficatione. Teren. in Phor. Meditata ſunt mihi om
nia mea incommoda. Hierony. in p̃s. Anni tui ſicut
aranea meditabuntur. Huius compoſita ſunt Pre/
meditor. Inde immeditatus participium ſine verbo
non meditatus. Cice. lib. ij. offi. Id ſe in foro optime
iam immeditatũ facere quod etiã tum poterat domi
cum laude meditari.

Meditatorius a. um. quod meditari ſolet. Hier. Qua/
le illud ieiuniũ ẽ aut qualis illa refectio poſt ieiuniũ
cũ prãdianis epulis diſtendimur: ⁊ guttur noſtrum
meditatoriũ fit latrinarũ.

Mega gręce: latine magnũ. Vñ Megaron dom᷒ ãpla

Megalophron: magna ſapiens: magnanimus.

Megalopſychus: magnanimus. Megalopſychia ma
gnanimitas.

Megaloprepeia magnidecentia: vel munificentia quę
inter magnos viros verſatur: magniſq; in rebus: ab
indoct⁊ magnificẽtia q̃ ſpecies eſt fortitudinis. Me/
galoprepes qui magna ꝓ dignitate munerat.

Megaleſia: dies qui dicatus erat magnę matri deorũ
cerimonijs dictus. Ludi quoq; qui celebrantur ante
tẽplũ i ip̃o magnę matr⁊ deũ ꝯſpectu etiã Megale/
ſia dicebant̃ et ludi megalenſes. Liui. M. Iunius
Brutus ędem magnę matris deũ in palatio dedica/
uit ⁊ ludos ob eã dedicationẽ factos megaleſia ap/
pellauit μεγα enĩ magnũ dicit̃.

Megiſtanes: dicunt̃ proceres primateſq;. Nã μεγισ
τοσ latine dr̃ maxim᷒. Cor. Tacitus. Simul cõſilio
terrorẽ addducere ⁊ megiſtanas armenios qui primi
a nobis defecerant pepulit ſedibus.

Megara penultima correpta oppidũ eſt Atticę. Cuius
meminit Virg. Pantagiã megaroſq; ſinus: tapſum
iacentẽ. Eſt ⁊ nomen mulieris Creontis filię ⁊ Her/
culis vxoris. Quo etiam nomine dictus eſt mons in
Sicilia vbi apes multę: Licet et Megara orum. le/
gatur.

Megaris idis. regio in achaia : a qua Bulbi megarici
quos celebrat Ca. Colu. Iam megaris veniant ge/
nitalia ſemina bulbi.

Megera cũ diph. in pe. furia infernalis. Nam megero
odi ſiue inuideo latine denotat. Clau. Improba mox
ſurgit triſti de ſede megera.

Megabiçi: ſiue megalobyçi: dicebãtur Epheſię Dianę
ſacerdotes quos Eunuchos eſſe oportebat. Vnde
et pro imbellibus ac mollibus poni cõſueuerũt qua/
les ſunt ſpadones. Quintili. libro. v. Artifices clariſ/
ſimi cum corpora quę ſpecioſiſſime pingẽdo fingen/
dove effingere cuperent: nunq̃ tamen in hunc cecide
runt errorem vt Bagoum aut Megabiçum aliquẽ
in exemplum operis aſſumentes ſibi: ſed Dorypho/
rum illum aptum vel militię vel paleſtrę aliorũ quo/
q; iuuenum bellicorum ⁊ athletarum corpora deco/
rare exiſtimarint.

Mehercle: iuſiurandũ ſignificat ꝑ herculẽ. Cice. in ora.
magis ꝓbat: mehercule q̃z me hercules.

Meio is. tertię cõiugationis: in quo i ponit̃ loco conſo
nantis: ſignificat vrinã emitto. Iuue. Cui᷒ ad effigiẽ
non tm̃ meiere fas eſt.

Mel a gręco fit μελι. Sunt qui dicant mel eſſe cęli ſu/
dorem. Alij ſiderum ſaliuã. Alij purgantis ſe aeris
ſuccum. Conſtat ſane ex aere decidere ſiderum maxi
me ex ortu ſublucanis tẽporib᷒: itaq; cũ p̃ima aurora
folia arborũ melle roſcida inueniunt̃. Mel vernum

dicit anthinū: mel eſtiuū vocat horreū. Mel qđ per ſe fluxit tacitū. Mel ſylueſtre ericeū ab Erica frutice quā ⁊ Siſarū nomināt. Folia hʒ Tamarici ſimilia. Acraton mel purū atqꝫ integrū qđ neqꝫ aceſcere cepit: nec vllū paſſum eſt vitiū.

Melculū diminutiuū: quo vtimur blandiendo. Plaut. Meū corculū: meū melculū.

Mellarius: qui mellis opus exercet. Var. Ad extrema qua mellaris fauum eximere poſſint opercula imponunt alueis.

Mellarius a. um. quod ad mel pertinet. Plini⁹. Vaſa mellaria aut fauos aqua lauari precipiunt. Hec etiā Apiaria dicuntur.

Melliturgus: idem qđ mellarius: qui mellaria exercet. Sic eñ interpretat. Var. lib. iij. de re ruſt.

Mellificū: mellis factio. Var. Sed vt hoc aptiſſimū ad ſanitatē apiū ſic ad mellificū thymū. Idē. Quod ad mellificū bonū vehemēter ꝓdeſt.

Mellatio: mellis vindemia cum mel eximit. Pli. Hec ergo mellatio ſine vindemie et vergiliarū. Idē. Aeſtiua mellatione decimā partē apib⁹ relinqui placet.

Mellatium: muſtum quam ſappam appellamus: vt inquit Nonius.

Melleus a. um. qđ ex melle ē: vt melleus ſapor. Aliqñ ſumit pro dulci: vt vox mellea.

Mellitus a. um. penul. pro. qđ eſt melle conditū. Var. Et faui melliti intus ponendi a faucib⁹ longe.

Mellifluus a. um. ex quo fluit mel: vel fluere videt: hoc eſt dulce iucundū: vt melliflua oratio.

Melliloquus pe. cor. qui dulce loquit. Cice. Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.

Melligo. pe. pro. ſuccus e lachrymis arborū ſiue florū quem apes deuorant: poſtea ad alueos regreſſe euomunt operaqꝫ cōponūt. Plini. Primū itaqꝫ fauos conſtruūt: cerā figunt: deinde ſobolem: poſtea mella. Cerā ex floribus: melliginē e lachrymis arborū que glutinū pariunt ſalicis vlmi harundinis ſucco gūmi reſina. Ponit et pro quocūqꝫ ſucco floreſcentis fructus adhuc atqꝫ immaturi.

Mellonia mellis dea a romanis putabat.

Mellifico: mel facio: a q̄ mellificus ⁊ mellificatio. Col. libro. x. Vt ab opere mellifico euocate apes fetibus expleant.

Mellium: collare canū: hoc eſt cingulum circū collum ex corio firmo: mellum vero cotoneum malū a veteribus dicitur.

Melia: arbor que fructū ſuauiſſimū producit.

Meli latine mel: a quo per cōpoſitionē deſcendunt

Melimela vtrobiqꝫ per ſimplex l. dicuntur poma muſtea ſiue dulcia quaſi mel: ⁊ pomū. Nam μελι mel: et μηλόν malū: ꝙ mellis saporem habeant: ſeu a celeritate naſcendi denoīata ſunt. Var. Que antea muſtea vocabant: nūc melimela appellant. Eadem vulgo nana vocant a paruitate arborū in quib⁹ producunt. Pli. lib. xiiij. Que nūc melimela dicuntur a ſapore melleo orbiculata ex figura orbis. Mar. Infanti melimela dato fatuaſqꝫ mariſcas: Nam mihi q̄ nouit pungere chia ſapit.

Melomeli: vt Colu. lib. vltimo inquit: Vocatur cum mala maturiſſima integra ſine macula in lagena in melle ſubmergunt.

Meliteres pe. prod. genus potionis dulcis ex melle et muſto diſtans a mulſo. Fit eñ ex melle ⁊ muſto hoc eſt ex congio mellis: et quinqꝫ congijs auſteri muſti: et cyatho ſalis feruefactis. Quo noie etiā dictus eſt lapis qui ſuccū remittit dulcē mellitūqꝫ tuſus ⁊ cere mixtus eruptionib⁹ pituite maculis corporꝫ medet.

Melicraton penult. correpta mulſum vinū coctū cum melle μελι enim mel κράτόν potens quaſi potēs vinum dicitur.

Melicaeris idis. et melicaeria cū diph. a cera et melle nomē accepit: tuberculū mellis craſſitudine in cubitꝫ ⁊ genibus interdū alijs quoqꝫ partibus ⁊ in ore ipſo et in capite quod ita noīatur quia humor in eo melli ſimilis includit: nec ꝓſſum renititur: vt id quod Gangilion ſiue Ganglion appellant in eadē parte ſʒ molle cedenſqꝫ. Pli. Melilotus deferuefactus in vino dulci peculiariter cōtra meliceridas efficax hoc etiā noie Fauus eſt appellatus.

Melilotos. penul. pro. Grece eñ μελιλωτος quaſi dulcis ⁊ mellea lotos. Eſt autē Lotos herba in egypto ſiue arbor: de q̄ ſupra. Ouid. Pars thyma: pars rores: pars meliloton amant.

Melitonas pe. pro. vbi apes nutriunt. Var. Melitonas ita facere oportet: q̄s alij melitrophia appellant. Eadem quidā mellaria.

Meliſones: qui ⁊ mellarij ⁊ melliturgi opus mellis exercentes.

Meliſſus proprium nomen regis Cretenſis antiquiſſimi qui primus dijs ſacrificauit. Cuius filie Meliſſa et Almathea fuerunt.

Meliſſa filia meliſſi: que cum Almathea ſorore Iouem lacte caprino ac melle nutriuit. Col. lib. x. Nec ſane ruſtico dignū ē ſciſcitari fuit ne mulier pulcherrima ſpecie meliſſa quā Iupiter in apem cōuertit. Aelianus lib. ij. de ꝓprietatibus animaliū. των βασιλεα αυτων αι μελιτται πραων ουτα και η μερον και ο μουτι και ακεντρον οταν αυτασ απολειπη μεταθε ουσιε και διωκουσι φυγαδα τησ αρχησ ουτα.

Melicerta: Iunonis ⁊ Athamāt Thebarū regis fili⁹ qui ſe in pelagus merſit: et miſeratiōe deorꝫ in Portunū cōuerſus eſt qui Palemon etiā dicit pro deoqꝫ a gentibius habitus eſt.

Melite es. ſiue melita e. pe. cor. inſula inter Italiā Epirumqꝫ poſita. Et vt ſcribit Stra. an pachynum ſita. Vnde melitei canes paruuli olim in delicijs feminarū. De hac Ouid. Faſ. Fertilis eſt melite. Eſt ⁊ vrbs hoc noie carthaginēſiū colonia. Diod. refert in melita inſula ꝓcioſaʒ tenuitate ac mollitie telā fieri. Ci. in verrinis acti. iiij. veſtem ⁊ textrinū melitē ſe nominauit. Igit a melite fit meliteus a. um. et melitenſis: vt canes melitei ⁊ melitenſes.

Melo: nomē fluuij qui ⁊ Nilus ⁊ Geon appellatus eſt.

Melos ge. neu. et tñ indeclinabile: dr cantus ſuauitas: vel dulcis modulatio. Perſ. Cātare credas pegaſeū melos. Hinc multa deriuant: de quib⁹ mox. Melos ge. femi. inſula eſt Crete adiacens necnon ⁊ vrbs in eadē inſula. Stra. Melos inſula inter Cretā Peloponneſumqꝫ interuallo equali ſita: a peloponneſo ꝓmontoriū ſcylleū: a Creta Dictineū habens.

Melodia cū accentu in pe. dulcis cantus ſiue melleus.

Melodes accipit pro mellico dulcia carmina cantāte. Sidonius. Proculus melodes inſonare pulſibus. Aug. lib. meditationū melodā orationē dixit ꝓ harmoniacis cōcentibus.

Melicus penulti. cor. a melos idē quod muſicus. Vnde poete lyrici: melici dicti ſunt. Auſo. Tu melicos lyricoſqꝫ modos. Cenſorinus de natali die poeticā cognominat melicam: cum poetica veluti legitima muſica licentior magiſqꝫ modulata inualuerit. Vnde omnes poetas generali epitheto mellicos appellare poſſumus.

Melinus color in florib⁹ luteū ſignificat. Nam a melo inſula melinū pro candido accipit qđ eſt pigmentū candidū quod ibi fiebat laudatiſſimū. Plaut. in muſ. Neqꝫ ceruſam neqꝫ melinū oportet attingere. Quidam tamen melinū colorem volunt eſſe mediū inter albū ⁊ fuſcum qui dicit Giluus.

Melitus penul. pro. nomē fuit accuſatoris Socratis.

Melence: oppidum in Arcadia a meleneo Lychaonis filio inter Hereã ⁊ megalopolim

Melan latine nigrũ: quo in cõpoſitione vtimur: melon vero ouis dicit.

Melancholia tũ accentu in pe. latine dicit nigra cholera: hoc eſt atra bilis que ſepe in furorem agit hoies Grece μελαγχολια. Hinc melancholicus qui nigrã bilem habet.

Melampodion: gen⁹ nigri hellebori a melãpode q̃dã qui eo vti in diuinationib⁹ ſolebat: vel a paſtore eiuſdẽ nois qui primus hanc herbã inueniſſe dicit dum capras eo purgari animaduertit.

Melamphillon herba vrbana et topiaria crepidines marginũ veſtiens.

Melamphyllis inſula in Samothracia: ⁊ Samos ipſa dicta eſt melamphyllos.

Melanthion: nigella herba: melanthius nomẽ viri qui cũ Gorgie inimic⁹ eſſet dixit. Hic nobis de ↄcordia ꝑcipit qui tres in vna domo cõcordare nõ potuit.

Melancoryphus auis q̃ et Ficedula. Sed ficedula dr tantũ in autumno ab edendis ficis. Alijs tẽporibus melancoryphus ꝙ κορυφην μελαν. hoc ẽ verticẽ nigrũ habeat: latine Atricapillã dicere poſſumus: mutat eñi formã ⁊ colorẽ.

Melãpus ẽ in tertio europe ſinu. Et ẽ nomẽ viri ꝓpriũ.

Meleager ⁊ meleagr⁹: fuit onei aetholie regis fili⁹.

Meliſphyllon: herba de qua Virg. lib. iiij. Geor. Trita meliſphylla et cerinthe ignobile gramen. Quidã Apiaſtrũ dicunt.

Melas e. fluuius mygdonie. Alius Sicilie. Alius Cilicie. Alius Thracie. Alius Boetie. Itẽ mons felicis arabie melas dicitur.

Meles is. ⁊ etis. fluuius ꝓpe Smyrnam.

Melis ſeu melius animal qui ⁊ Taxus ſiue taxo: ꝙ ſit mellis auidiſſimũ ⁊ aluearibus ſemꝑ infeſtũ: in cauernis viuẽs aſperũ mordaxq̃: magnitudine vulpis colore felis: ex cuius pelle pharetras ⁊ canum collaria obtegũt. Var. Ne vulnerent canes a beſtijs imponunt collaria que vocant melium. i. cingulũ circa collum ex corio firmo cũ clauis capitatis. Pli. Hãc eſſe melib⁹ in metu ſolertiã vt ſufflata cute diſtincte ictus hominũ ⁊ morſus canũ arceant.

Meleagrides galline affricãe. Pli. lib. x. Simili modo pugnãt meleagrides in boetia africe: hoc ẽ gallinarum genus gibberũ varijs cõſperſum plumis. Alij autẽ meleagrides a numidicis ſeparant.

Melegina inſula in mari Adriatico adiacẽs dalmatie. vt Ptolo. lib. ij. refert.

Meliboeus cũ dipthongo e. nomen paſtoris dictus ꝙ boum curam habeat.

Melibea: littoralis vrbs magneſie: vel ſm aliq̃s Theſſalie patria Philoctete Peanthis filij: a qua melibeus a. um. Eſt etiã hoc noie Vicus in mari Laconico.

Melota e. et melote es. pe. pro. dici poteſt pellis ouina οισ eñi ouis dicit: vt eſt apud apoſtolũ. Circuierũt in melotis ⁊ pellibus caprinis.

Melioreſco: melior fio. Colu. lib. ij. Napus deuexam amat et ſiccã tenuiq̃ ꝓpiorem terrã atq̃ glareoſis ſabuloſiſq̃ aruis melioreſcit.

Meloeſſa inſula ex ſyrenis vna non tam a pomorũ q̃ a pecoris abundantia dicta.

Melpomene penul. cor. vna ex muſis.

Membrum proprie dicitur caro artus tegens. Unde mẽbrana ſuperior membri pars: hoc eſt pellis ipſa q̃ ꝑ pis ⁊ pro ſingulis corporis partib⁹ ponat: vt manus pes auris membrũ dicit: membrũ ſi abſolute ponit pro virili mẽbro. Sumitur etiã ꝓ parte cũ ad inanimata traſfert. Uñ que greci cola latini mẽbra dicũt. Quomodo autẽ differat membrũ ab artu vide in dictione Artus. A membrũ fiunt adiectiua Bimẽbris Trimembris Quadrimẽbris: hoc eſt duarũ/ trium/ quattuor partium.

Membratim aduerbiũ ſignificat per membra ſingula.

Membraneus a. um. qd ex mẽbris eſt. Ulpia. de lega. Quod ſi in codicibus ſint mẽbraneis vel chartaceis vel etiã eboreis.

Membrana e. pellis ſuperior: que et pergamena charta dicta ꝙ tracta ſit de membris animaliũ: in quorũ tergoribus primũ ab vno latere ſcribi ceptũ: deinde ab vtroq̃ deraſis pilis. Earũ vſus pergami regnante Eumene inchoauit: poſtea pergamena vocata vbi pergami rex Atalus Romam miſit multitudinem membranarũ vt penuria charte pellibus penſaretur Unde pergamenarũ nomen ad hanc vſq̃ diem tradente ſibi inuicẽ poſteritate ſeruatũ eſt. Differt autẽ charta a mẽbrana. Nam vt inquit Victorinus Foliorum alia de chartis ſunt: alia de membranis. Ergo membrane pellicee ſunt: et pergami primũ inuente. Unde ⁊ pergamene. Charte autẽ ex papyro olim in egypto fiebant. vt Plini. oſtendit apud nos de centonibus certo quodã modo maceratis ⁊ glutino cõcretis formantur. Chartã ex papyro in victoria magni Alexandri inuentã ſcribit Varro: antea palmarum folijs ſcriptitatũ fuiſſe: deinde de quarundã arborũ libris: poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus: mox et priuata linteis et ſchedis confici cepta. Ptolemeus autem chartas eumenes vero mẽbranas cum vterq̃ eorum maximas haberent bibliothecas inuenerunt qui fuerunt reges pergami. Sed contra Varronis ſententiam de chartis ait Caſſius hemina. Mar. Terentiũ ſcribam agrum ſuum in ianiculo repaſtinantẽ inueniſſe ait arcã in qua Numa rex ſitus eſſet et in ea libros eius e charta ſcriptos. Sed Numam pluribus etatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat.

Membrari ſignificat per membra formari: quo verbo vtitur Cenſorinus.

Membratura: eſt membrorũ poſitura.

Membroſus: q̃ magnũ hʒ mẽbrũ: vt illud in Priapea. Si ruber hortorũ cuſtos mẽbroſior equo.

Memor gene. oĩs ſm Priſci. et a memini fit. Cuius cõtrariũ eſt Immemor dicimuſq̃ memorẽ qui recordatur: vt memor ſum tui in me officij: cũ aũt de alijs rebus dicit: vt cũ dicimus rem memorem: ſignificat cui⁹ nos memores ſumus. Virg. Seue memorem Iunonis ob irã. Hora. lib. car. Siue puer furẽs impreſſit memorẽ dente labris notã: hoc eſt tam vehementẽ: vt nõ facile excidat memoria.

Memoria: vt inquit Cice. lib. j. ad Herẽ. Eſt firma animi rerũ et verborũ diſpoſitionis ꝑceptio. Teren. in An. In memoria habeo. Ubi Dona. Plus eſt q̃ ſi dixiſſet ſcio. Nã q̃ ſcim⁹ poſſum⁹ obliuiſci: Que vo memorie cõmẽdam⁹ nũq̃ amittimus. Aliqñ memoria pro antiquitate ponit. Pacuuius. Perq̃ noſtrã egregiã hũanitatẽ quã memoria firmauit.

Memoriter aduerbiũ: ſignificat quod imperiti dicunt mentetenus. Cice. Q. Mutius augur ſceuola multa narrare de C. Lelio ſocero ſuo memoriter et iucũde ſolebat.

Memorabile qd eſt dignũ memoria. Col. in ꝑfa. Cum tot alios romani generis intuear: memorabiles duces. Cice. Cũ accepiſſemus a patrib⁹ maxie memorabilẽ C. Lelij et Pub. Scipionis familiaritatẽ fuiſſe.

Memoriale qd in memoria haberi debet.

Memorioſus a. um. quod eſt multe memorie.

Memoro as. penul. cor. ad memoriã reduco. Quod et memoror depo. ſignificat vt eſt illud Memorare nouiſſima tua ⁊ in eternũ non peccabis. Auguſt. genitiuo iunxit. Sed memoraberis domini dei tui: q2 ipſe tibi dat fortitudinẽ. Interdum memorare eſt dicere

narrare ſeu exponere recitare. Liui. lib. j. Herculem in ea loca Geryone interempto boues mira ſpecie abegiſſe memorant. i. dicũt. Virg. Muſa mihi cau/ ſas memora. i. dic expone. Interdũ nũerare. Plau. in Am. Ibi nũc meus pater legiones hoſtiũ memo/ rat. Hui⁹ cõpoſita ſunt Cõmemoror et rememoror: qđ eſt in memoriã reduco. Hier. Rememoror vſus eſt apud apoſtolũ Rememoramini priſtinos dies.

Memoratus us. idem quod memoratio. Sal. Incre/ dibile memoratu eſt.

Memini a Meno antiquo v̄bo fit quo veteres vſi ſũt pro recordor ⁊ in mentẽ reuoco a quo prima ſyllaba geminata fit preteritũ memini: ſicͭ a pungo pupugi: requiritq̃ gtĩ vel actĩ. Teren. Faciam vt meiq̃ et huius diei ac loci ſemp̄ memineris. Cice. Om̄ia que curãt ſenes meminerũt. Sed cũ ſignificat mentionẽ facio recuſat actĩ: poſtulatq̃ ablatiuũ cũ ꝓpoſitiõe de vel gtĩ. Quint. De quib⁹ multi meminerũt. Idẽ Neq̃ omnino hui⁹ rei meminit poeta ipſe. Iũgitq̃ tam cũ ꝑterito infinitiui q̃ cũ p̄ſenti. Virg. Namq̃ ſub ebalie memini me turrrib⁹ altis Corycium vidiſſe ſenẽ. Idẽ. Cantando puerũ memini me condere ſo/ les. Ci. Appio. Ad me adire quoſdã memini. Hui⁹ cõpoſitũ eſt Cõmemini. Gel. lib. ij. Sic multo ante Pacuuius aquã flauã dixit ⁊ fuluũ puluerem. Cui⁹ verſus quoniã ſunt iucundiſſimi libens cõmemini.

Memphis: vrbs egiptia regia magna et populoſa: ſe/ cũda poſt alexandriam vbi fuerũt pyramydes regũ ſepulture ab Ogdoo rege edificata ambitus ſta. cl. Cuius filia mẽphis ei nomen dedit cum qua Nilus concubuit ſub imagine tauri. Hec portuoſiſſima eſt vbi nilus ſcindit in plures partes et Δ. formã facit. Hinc memphitis ⁊ hoc mẽphite penul. prod. quaſi patronymicũ. Tibul. Barbara memphitẽ plangere docta bouẽ. Inuenit etiã mẽphitides. Iuue. Anne aliã terra memphitide ſicca inuidiã facerẽt nolenti ſurgere nilo? Inde etiã memphiticus a. um. Mar. Dat chartis agiles calamos memphitica tellus.

Mena apud romanos fuit dea que menſtruis fluorib⁹ p̄eſſe putabat. Quo etiã nomine dict⁹ eſt piſcis qui/ dã breuis qui hyeme cãdidus eſtate nigrior fit. Cic. de fi. Qui voluptatẽ cõtemnũt eis licet dicere ſe ac/ cipenſerẽ mene anteponere. Mar. Et caudam cibij breueſq̃ menas. Hunc piſcẽ etiã Alecem dici poſſe quidã putauerũt. Nonnulli tñ hoc nomẽ cũ diphth. ſcribi debere ꝓceperũt.

Menalippus Tidei fuit interfector cui caput añ obitũ corro. it Tideus ex rabie qui apud Sta. ita vocifera tur. Caput o mihi ſi quis apportet menalippe tuũ. Fuit ⁊ alter Menalippus Tidei frater quẽ Tideus in venatu fert peremiſſe ob idq̃ fratricidiũ exulaſſe. Fuit ⁊ alter Menalippus troianus qui ꝙ virtute p̄/ ſtaret a Priamo filij loco amatus fuit.

Menalippa Amaçonũ regina: quã vicit Hercules eiq̃ ablato balteo ſalutẽ dedit. Eſt ea Menalippa fabula greca a menalippa deductũ nomẽ. De q̃ Iuue. Syr/ ma vel antigones ſeu ꝑſonã menalippes.

Menapij populi qui ad vtranq̃ rheni ripam habitant iuxta neruios ſed ad mare proximi qui hodie vocan/ tur geldrenſes.

Menceps: mente captus.

Menda ⁊ mendũ ꝓ errore. Cice. cecine. Nã cũ mendũ ſcripture littura tollat. Ouid. Mende nocte latent. Hinc mendoſus a. um. qđ eſt erroib⁹ plenũ. Hinc et Emendo as. de quo ſupra et Remendo as. qđ eſt rurſus mendã tollo. Col. li. iiij. Quidã flagellũ totũ ſicut erat matri detractũ crediderũt ſationi cõuenire idq̃ ꝑ gẽmas quinas vel etiã ſenas partiti complu/ ris tale oleaſter remẽdauerũt qđ ego minime ꝓbo.

Mενσοασ ποταμοσ de quo Euſtacius ita ſcribit in Dionyſio libico. ιστεον οτι ο ιστροσ ποτε με/ τοασ λεγετο και τηναυτων γλοσσαν ονυν και δανουβιοσ λεγεται παννονιασ μεγισ/ τοσ ποταμοσ.

Mendatium error: cuius diminutiuũ eſt Mendaculũ Cice. de ora. Quod tñ mendaculis eſt aſpergendũ.

Mendax qui frequenter dicit mendaciũ: quod nomen Augu. lib. ij. ſoli. a mentiendo deriuat. Illud autem quod mendax voco a mentientibus fit qui hoc diffe/ runt a fallacibus ꝙ omnis fallax appetit fallere: non autẽ om̄is vult fallere qui mentitur. Nam ⁊ mimi et comedie ⁊ multa poemata mendacio⁊ plena ſũt de/ lectandi potius q̃ fallendi volũtate. Et om̄es fere q̃ iocant mentiunt: ſed fallax fallens is recte dr̄ cuius negociũ eſt vt quiſquis fallatur. Illi autẽ qui non id agunt vt decipiant ſed tñ aliquid fingũt: vel menda ces tm̄: vel ſine hoc quidẽ mentiẽtes tñ vocari nemo ambigit: et vt dicã qđ ſentio mendax eſt mala dictio peſſima vero fallacis: qđ ijs verbis amplectit phala ris in epiſtolis. ουτωσ οιδα και λυκιν πορνον μενενπαισ ιλαγνον δε εννεοισ μοιχον δε ενγυνεξιν ακολαστον δε εννομοισ ασελ/ γη δε ενηδοναισ αργον δε εν ει ρηνηλειπο τακτην δε εο πολεμοισ. A mendax fit cõpara/ tiuũ mendacior mendaciſſimus ⁊ mendaciter.

Mens dicta eſt q̃ſi eminens. Eſt em̄ mens altior animi pars qua etiã diuina ꝑcipimus. Ouid. Mẽte deos adijt: et quod natura negabat Viſibus hũanis ocu/ lis ea pectoris hauſit. Vel potius απο τησ μεν μηνησ το σεληνησ: q̃ſi mens etiã ſi dormimus nunq̃ quieſcit. Quid ſit mẽs. Lac. lib. vij. docet hoc modo. Primũ non idẽ eſt mens et aĩa. Aliud eſt em̄ quo viuimus: aliud quo cogitamus. Nam dormien tiũ mẽs nõ anima ſopit: et vt furioſis mẽs extingui/ tur anima manet. Et ideo nõ excordes ſed demẽtes appellantur. Mens ergo. i. intelligentia vel auget vel minuitur ꝓ etate: anima in ſtatu ſuo ſemp̄ eſt. Et ex quo tp̄e ſpirandi accepit facultatẽ: eodem vſq̃ ad vltimũ durat donec emiſſa corporis clauſtro ad ſuã ſedem reuolet. Thales mileſius velociſſimũ inquit omniũ que ſunt eſt mens. Nam tante celeritatis eſt vt vno temporis puncto celum omne colluſtret: ma/ ria peruolet: terras ⁊ vrbes ꝑagret. Qui igit mentẽ ⁊ animũ idẽ eſſe dicũt fallunt: cũ mẽs ſit cogitatiõis ⁊ conſilij ſubtilitas quedã: certe rationis ꝯſentanea. Ideo amentes ⁊ dementes dicunt qui nullo cõſilio vtunt. Animus vero eſt vite ⁊ voluntatis fundamẽ/ tum: hinc exanimes et exanimati. Plau. in Ciſ. Exa/ nimor/feror/diſtrahor/diripior: ita nullã mentẽ ani/ mi habeo. Et vbi ſum ibi non ſum: vbi nõ ſum ibi ani mus ẽ. Idẽ in epi. Pauor territat mentẽ animi: neq̃ eſt vbi meas collocẽ ſpes. Virg. Accipit in teucros animũ mentẽq̃ benignã. Cice. lib. iiij. tuſ. Human⁹ autẽ anim⁹ decept⁹ eſt ex mente diuina cũ alio nullo niſi cũ ipſo deo (ſi hoc eſt fas) dictu cõparari poteſt. Hic igit ſi eſt excultus ⁊ eius acies ita curata vt nec necet erroib⁹ fit ꝑfecta mẽs. i. abſoluta ratio qđ eſt idẽ qđ virtus. Terẽ. Mala mẽs: malus animus. Ex quib⁹ declarat animũ ac mentẽ differre. Ponitur tñ q̃nq̃ mens pro conſilio. Virg. Noſtrã nunc accipe mentẽ. Hui⁹ cõpoſita ſunt amens: demẽs: vehemẽs.

Mente captus ꝓ amente accipit: quẽadmodũ oculis captus ꝓ ceco. Feſ. Mente captus dicit cũ mens ex hominũ poteſtate abijt. Demens ꝙ a ſua mente de/ ceſſerit. Amens ꝙ a mente abierit.

Mentior contra id quod in mente eſt loquor. Qui em̄ mẽtit nõ ipſe fallitur: ſed alterũ fallere conat in eius detrimentũ. Qui vero mendaciũ dicit: tum etiã vero fallit cũ credat ſe verũ dicere. Vñ Nigidius vir bo/ nus p̄ſtare debet ne mentiat: prudens ne mẽdacium

dicat Priſ. vult hoc verbū eſſe cōmune. Vn̄ Cice. in Anto. in paſſiua ſignificatione dixit. Quē ipſe ementitis auſpicijs vicioſū fecerat. Sta. lib. j. th. Mentitis ignoſco thoris. Interdū mētiri eſt fingere ⁊ mōſtrare id qđ nō eſt. Lact. lib. ij. Nec pōt vnq̄ꝫ veri nomē aſſumere: qđ veritatē fuco et imitatione mentit̄. Et lib. vij. Hic eſt qui appellat̄ antichriſtus ſed ſe ipſe chriſtū mentiet̄: et verū dimicabit. Huius cōpoſitū eſt ementior: qđ eſt aperte ſeu publice oſtendo: quod nō eſt. Hiero. ad damaſuꝫ. Quia ⁊ nos facile potuimus aliq̄ ementiri: qđ ex vna voce ſolueret queſtionē ſicut ⁊ ceteros feciſſe monſtrauim⁹: ſed magis cōdecet ob veritatē laborē pauliſper et peregrino aurem accōmodare ſermoni: q̄ꝫ de aliena lingua factā alibi falſam referre ſententiā.

Mendicus pe. pro. a mente ꝙ mentē eius fefellerit fortuna. Vel a medendo: q꞉ precet̄ oīes vt vitē ſuē medeant̄ cibo: vel ꝙ manu indicet. Hinc

Mendicitas ⁊ mendicimoniū. Laberius pro inopia et mendiciter per inopiā.

Mendico as. pe. pro. vitē alimenta poſtulo. Iuue. Arcanā iudea tremens mendicat in aurē.

Mendicabulū mendatio. Plau. Memorare nolo hominū mendicabula.

Menecis pe. pro. vrbs phocenſiū vltima q̄ ad occaſuꝫ vergit: menecina vrbs in ęnotria a qua menecinei et menecinij populi.

Menechius apud Plautū comedia: in qua menehin⁹ introducitur.

Menix nomē inſulę ex aduerſo minoris aphricę: vt lib. v. docet Plini. quę in longitudinē patet. xxv. M. paſ. in latitudinem. xxv.

Mendeſiū vnguentū dictū a mendeſo ęgypti vrbe.

Menſa eſt ſuper quā ſedere ſolemus: ſiue ligneum ſiue lapideū. Virg. Pars epulis onerant menſas ⁊ plena reponūt pocula. Duo aūt fuerūt apud romanos p̄cioſiſſima mēſarū genera: citrea. ſ. ⁊ acerna. Quādoq̄ꝫ menſa ponit̄ pro prandio vel cęna. Iuue. Cū de tot p̄claris orbibus ⁊ tā antiquis vna comedūt patrimonia menſa. Vn̄ et p̄mę et ſecūdę menſe. i. p̄mi et ſcđi cibi. Virg. Nō ego te dijs ⁊ mēſis accepta ſecūdis. Tranſierim rhodia. Mēſa etiā trapeça dr. i. tabula qua argentarij vtunt̄. Antiqui menſam vaſorū quadratam habuerūt: vocarūtq̄ꝫ vrnariū. Fuit ⁊ menſa vinaria rotunda noīe cilibantū a cilicę poculo: grece calice. Altera erat vinaria menſa quadrata vna colūnella ſubnixa ⁊ cartibulū vocabat̄.

Menſarius: campſor pecuniarū argentarius a latinis dicit̄: a grecis trapeçita: ſed nūmularij ⁊ mēſarij ſunt minutiores nō tenētes libros in quib⁹ data acceptaq̄ꝫ ſcribunt̄: quos greci collyuiſtas dicunt.

Menſis a mentior deducit̄: quaſi res numero dierum menſa. Cice. lib. ij. de na. deoꝝ. Qui q꞉ menſa ſpatia cōficiunt menſes noiant̄. Macro. a gręco μηνη. i. a luna trahit. Nā lunę curriculo menſis cōficit̄. Hinc trimeſtris triū mēſiū. Aug. li. xv. de ci. dei. Arcades quoꝝ anni trimeſtres fuert̄. Bimeſtris duoꝝ mēſiū.

Menſtruus a. um. qđ fit ſingulo menſe: vnde mēſtruus fluor qui mulieribus ſingulis menſib⁹ accidere ſolet. Hiero. in Leui. Quę poſt menſtruū ſanguinē fluere non ceſſat. Luca. lib. v. Menſtruus in faſtos diſtinguit ſecula cōſul.

Menſtruū ſubſtantiuū mulierū profluuiū eſt: quod nō multi ſed vitioſi humoris indiciū eſt. Indigeſtū eſt eñ et crudū qđ egerit̄ ⁊ quaſi infirmū effluit: nec habet ſedem ſed natura quaſi noxiū et magis frigidum pellit: quod maxime probat̄ quia mulieribus cū purgant̄ algere contingit: vn̄ intelligitur frigidū eſſe qđ effluit. Et ideo in viuo corpore non manere: q̄ſi inopia caloris extinctū: menſtrui virus deſcribit Plini. lib. vij. his v̄bis. Sed nihil facile reperitur mulierū profluuio magis monſtriferū. Aceſcunt ſuperuentu muſta: orta ſterileſcunt: fruges moriunt̄ ortoꝝ germina et fructus arborum: quibus inſedere decidūt: ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo hebetat̄: acies ferri pręſtringitur: eboriſq̄ꝫ nitor: aluei apiū moriunt̄: ęs etiā atq̄ꝫ ferrū rubigo protinus corrumpit: odorq̄ꝫ dirus aera ⁊ in rabiē agunt̄ guſtato eo canes: atq̄ꝫ inſanabilis veneno morſus infigit̄.

Menſtrualis idē qđ menſtruus. Plau. in ca. Quibus ſolebā menſtrualis epulas ante adipiſcere.

Menſtruatus a. um. qđ mēſtruū patit̄. Vnde dicimus menſtruatā mulierē.

Menſurnus a. um. a mēſe: ſicut diurnus a die. Cice. ad herē. Pars quędā ęternitatis cū alicuius animi menſurni diurni nocturni veſp̄tini certa ſignificatio hꝫ.

Menſura inſtrumētū quo metimur: quā quidā a membris humanis dictā putant. Hinc menſuro as.

Meniana: ędificia ſūt porrecta exterius ſic dicta ꝙ primo a menio: qui p̄mus in foro vltra columnas proiecit tigno quo ampliarēt̄ ſuperiora ſpectacula: vulgo nunc podioli: et lobie dicuntur. Scribit Porphyrio męniū ſcurrilitate notiſſimū poſt abroſum patrimoniū vendidiſſe domū quā habuerat ad forū ſpectātē vna ſibi excepta colūna vnde gladiatores ſpectaret. Quę ex eo męnij columna nominabat̄. Hiero. ꝟo in pſalmorū interpretatione ſic hꝫ. In paleſtina ⁊ ęgypto non habent in tectis culmina ſed domata q̄ Romę vel ſolaria vel męniana vocant plana tecta quę tranſuerſis trabibus ſuſtentantur. Fortaſſis ob hoc męnia dicta ſūt ſolaria illa q̄ gręci domata nūcupāt. Nam menius ſup columna cuius ius ſibi exceperat tectum proiecit: et tabulata vnde ipſe ⁊ poſteri eius ſpectare munus gladiatoriū poſſent. Suę. Pauci e proximis menianis ſpectabant.

Mentha cum h. herba vulgo nota dicta ꝙ grato odore menſas p̄currat. Apud gręcos minthę dicebat̄ a nomine minthes: quā ferūt pelicē plutonis a ꝓſerpina deprenſam in mentham deformatā fuiſſe.

Menthaſtrū ſylueſtre olus dictū ꝙ menthā imitetur.

Menta genitale membrū cuius diminutiuū eſt Mentula: a quo mentulatus: vt in priapeis. Deus priapo mentulatior nō eſt. Dicit̄ et membrū per excellentiā quoniā ipſum ſolum generat. Vocat̄ p̄terea muto. Hora. lib. j. Ser. Huic ſi mutonis v̄bis mala tanta videnti. Diceret hęc animus. Hinc mutoniatus vt illud. Dormis cū pueris mutoniatis. Et apud veteres mutunus quoq̄ꝫ et tutunus dicitur priapus: qui mēbri deus mēbrū quoq̄ꝫ ſignificat. Lactan. lib. j. Et tutunus in cuius ſinu pudendo nubentes pręſident: vt illarū pudicitiā prior de⁹ delibaſſe videat̄. Appellatur ⁊ verpa ab inuerſa pellicula.

Mentum ab eminendo a gula eñ eminet. Et q̄uis pli. dicat mentū nulli pręter hominem eſſe tamē Hiero. lib. Re. ſcribit Dauid apprehendiſſe mentū leonis et vrſi: et eos ſuffocaſſe. Et Plau. in Męne. Blandiodicam ſuillam: lardum: pernam. Itidem autē ſynciput: aut menta porcina.

Mentagra morb⁹ dictus a mento: a quo incipit ⁊ facit̄ quidē collū pectus manuſq̄ꝫ fedo quodā furfure occupat: alio noīe dicit̄ lichena.

Mentor oris. pe. cor. Artifex in vaſis celandis mirus. Iuue. Rare ſine mentore menſe. De hoc Plini. lib. xxxiij. Hinc mentoreus a. um. Proper. Leſbia mentoreo vina bibas opere.

Mentigo pe. pro. genus morbi. Colu. lib. viji. Eſt autē mentigo quā paſtores Oſtigenē vocāt mortifera lactentib⁹. Ea plerūq̄ꝫ fit ſi p impru̇dentiā paſtorꝝ immiſſi agni vel etiā hedi roſcidas herbas depauerūt. Sꝫ cū infectū ē os atq̄ꝫ labra fędis vlcerib⁹ obſidet.

Menus: Germaniẹ fluuius: vbi ſilurus equũ trahentẽ
demergit.

Meo as. vado. Lactã. lib. iiij. Uidebãt ſiderꝫ curſus i oc
caſũ meantiũ: Et meare: fluere/ manare. Uñ meatus
quos grẹci poros vocãt. Pli. Succꝰ maluẹ decoctẹ
poros: hoc eſt meatꝰ ſuaues facit. Huiꝰ cõpoſita ſunt
cõmeo/ permeo/ remeo ⁊ trãſmeo.

Meonia: vide ſupra Meonia.

Mephitis pe. pro. terrẹ putor ex aquis maxime ſulphu
ratis atqꝫ corruptis ꝓueniẽs. Uirg. lib. vij. Sẹuãqꝫ
exhalat opaca mephitim. Alij Mephitim deũ eſſe
volunt Leucotheẹ connexũ/ ſicut eſt Ueneri adonis/
Dianẹ virbius. Alij Junonẽ intelligũt quã nõ niſi ex
corruptiõe aeris naſci/ ſicut bonũ odorẽ de aere icor
rupto: vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi. Hinc
Mephiticus ca. cũ. apud Sidoniũ ꝓ fetulẽto.

Meracus ca. cũ. pe. ꝓdu. ſed (vt puto) fallunt nõnulli.
Nã Uirg. Conſtitui meracas ediliciqꝫ notas. Ubi
penul. breuis eſt. Necrationẽ video q̃re ꝓducere pe
nul. debeat. Uide in dictiõe Merꝰ. Aſcẽ. Ubi Uir/
gil. id dicit: viderit auctor. Alij certe ꝓducunt.

Merces cis. quicq̃d emit vendit ve lucri cauſa. Augꝰ.
Inuenit viles merces terrenas/ et terreſtribus attu/
lit peregrinas ⁊ cẹleſtes. Et mercis noie continentur
res tm̃ mobiles/ non tñ homines: cũ ob eã rẽ Man/
gones et mercatores: ſed venaliciarios appellarit/
vt mella. Hinc Cõmerciũ. Merces vo mercedis: a
merendo ẹre inquit Uarro. Juuenalis. Scire volũt
oẽs: mercedẽ ſoluere nemo. Eſt eñ merces p̃miũ qđ
datur pro labore ſeu ſtipendio.

Mercẽnarius: qui mercedis gratia operã prẹſtat. Col.
Siue mediarꝫ facultatũ dominus ex mercẽnarijs ali/
quẽ recuſantem iã quotidianũ illud tributũ qui vecti
galis eſſe nõ poſſit ignarũ rei cui prẹfuturus eſt ma/
giſtrũ fieri iubet.

Mercẽnarius ria. riũ. quod ad mercedẽ pertinet. La/
ctan. libro. vj. Ipſe pluribus locis clamas mercẽna/
riã nõ eſſe virtutẽ.

Mercimoniũ et cõmerciũ: eſt contrectatio quẹdã mer/
ciũ: ſicut a patre patrimoniũ. Plautus. Ut vos i no
ſtris mercimonijs emundis vendundiſqꝫ voltis me
lẹtũ lucris afficere. Idẽ in Cur. Sed quid agit meuꝫ
mercimoniũ apud te?

Mercor caris. lucri cauſa mercaturã exerceo/ vel etiã
ſimpliciter emo. Et quãdoqꝫ accuſatiuo ſolo conten/
tũ eſt. Teren. in Heau. Agrũ in proximo hic merca/
tus eſt. Quãdoqꝫ cũ ablatiuo preciũ denotãte iungi/
tur: ſicut fit i Emo. Gel. Libros tris reliquos merca/
tur nihilo minori precio. Quãdoqꝫ ablatiuo a vl ab
mediante/ ſine precio exp̃ſſo. Cicero libro offic. Sor/
didi etiã putandi qui mercant a mercatoribus quod
ſtatim vendãt. Quãdoqꝫ datiuo. Teren. Quidã eu/
nuchus quẽ mercatus fuerat frater Thaidi. Quan/
doqꝫ cũ datiuo ⁊ ablatiuo conſtruit. Augꝰ lib. ix. Cõ/
feſſ. Et placuit mihi in conſpectu tuo nõ tumultuoſe
abripere me: ſed leniter ſubtrahere miniſteriũ linguẹ
meẹ nundinis loquacitatis: ne vlterius pueri meditã
tes inſanias mendaces: ⁊ bella forenſia mercarentur
ex ore meo arma ſuo furori. Ex his colligit non ſoluꝫ
mercor/ ſed et alia verba emptionẽ vel acquiſitionẽ
figurantia vti poſſe hmõi conſtructione: ſi euꝫ a quo
vel vnde ⁊ cui eminus exprimere voluerimꝰ. Cõpo/
ſita ſũt cõmercor. Plau. i Ca. Pater ergo captiuos
cõmercat alios. Prẹmercor: añ alios mercor.

Mercator: qui emit ſiue vt teneat/ ſeu vt alteri vendat:
⁊ qui mercaturã exercet.

Mercatura: ars ſeu actꝰ mercãdi. Ci. lib. j. offi. Merca
tura aũt ſi tenuis eſt/ ſordida putãda eſt: ſin magna ⁊
copioſa multa vndiqꝫ apportãs: multiſqꝫ ſine vanita/
te impertiẽs nõ eſt admodũ vituperãda.

Mercatus us. idẽ quod mercãdi actus. Liu. li. j. Tul/
lus ad feroniẹ fanũ mercatu freq̃nti negociatores ro
manos cõprehenſos querebatur.

Mercatus ati. locus in quo res venduntur: qui et Em/
poriũ dicitur. Cice. libro officiorꝫ. Quo cũ tanqꝫ ad
mercatũ bonarũ artiũ profectus ſis: inanẽ redire tur
piſſimũ eſt. Terent. in Adelph. Emptẹ mulieres cõ/
plures: et itẽ hinc alia quẹ porto in Cyprũ/ niſi eo ad
mercatũ venio damnũ maximũ eſt. Dona. Mercatꝰ
locũ tẽpuſqꝫ ſignat.

Mercatus ta. tũ. participiũ: vt Terent. Agrũ in proxi/
mo mercatus eſt.

Mercalis: quaſi vendibilis. Col. lib. viij. Ex his ſingu/
la capita q̃ vident eſſe robuſtiora/ in ſupplemẽtũ gre/
gis reſeruant: cẹtera mercalibus tradunt. i. vẽdibili/
bus. Hinc cõponit ꝓmercalis: de quo infra.

Mercurius: quaſi medius inter homies currens: ꝙ ſer/
mo currat inter hoies medius. Ideo Hermes grẹ/
ce quod ſermo vel interpretatio: quẹ vtiqꝫ ad ſermo/
nẽ pertinet/ Hermenia dicit: vnde et mercibus prẹ/
eſt: quia inter vendentes et ementes ſermo ſit medi/
us: Ideo ei alas in capite ⁊ pedibus ponũt: volẽtes
ſignare volucrẽ ferri per aera ſermonẽ. Ideo nunciũ
dictũ: quoniã per ſermonẽ oĩa cogitata enuncian/
tur. Dictus eſt deus facundiẹ: nã hominibus loqui p̃/
ſtare dicebatur. Dictus eſt deus mercatorꝫ palẹſtrẹ/
furũ/ nunciuſqꝫ ⁊ interpres deorꝫ. Lyrã inuenit. Her
maphroditũ ex ſorore Uenere genuit. Martẽ e du/
ris carceribus liberauit: Argum interemit: Prome/
theũ in Caucaſo religauit. Jouis filius fuit ex Maia
Athlantis filia. Hic dictus eſt Hermes trimegiſtꝰ:
hoc eſt ter maximus.

Mercurialis: herba quã grẹci Linoçoſtin vocant: cuiꝰ
duo ſunt genera: maſculus ⁊ fẹmina.

Merda: a meros quod eſt pars/ ⁊ ẹdo comedo. Eſt eñ
cibi excrementũ: hoc eſt pars eorũ quẹ comedimus.
Hora. libro. j. Ser. Mentior at ſi quid merdis ca/
put inquiner albi Coruorꝫ: ⁊ in me veniãt mictũ atqꝫ
cacatũ. Hinc fit Merdo as. a quo Permerdo: qđ ẽ
fedo ⁊ cõſpurco. Albius. Ut faciunt pueri qui oĩa
permingunt atqꝫ ꝑmerdant.

Merenda: cibus qui datur poſt meridiẽ. Unde ⁊ Me/
rendo as. Calphur. in Buc. Serẹqꝫ videbitur hora
merendẹ. Plau. in Muſ. Uiſis ne forte ad merendã
copiã diuorteris: atqꝫ ibi meliꝰ qꝫ ſatꝰ fuerit biberis.

Mereo es. ⁊ Mereor eris. deponẽ. a mercede fiunt: et
ambo merui itũ. faciunt. Et tria ſignificant. Primo
aliquid mercedis ꝓ labore paro vel ſumo/ ſeu dignꝰ
ſũ. Uernaculo ſermone dicimus Meritare. Ouidi/
us libro. iiij. Metam. Quã meruit pẹnã ſolus/ diges
ſit in oĩes. In bonuꝫ: vt Merui qui laude coronã.
Et cũ dicimus: Nihil meretur: ſignificat: Nihil mer
cedis dignus eſt accipere. Teren. Ego carine neuti
qꝫ officiũ liberi hois eſſe puto/ cũ is nihil promereat
poſtulare id gratiẹ apponi ſibi. Plautꝰ in Cap. Ua/
le atqꝫ ſalue: ⁊ ſilt vt dicã meres. Quandoqꝫ etiã de
turpi lucro dicit: vt ſit merere: ſordidũ quẹſtũ facere.
Uarro in Eu. Primum iſte qui meret ſeſtertio vice/
nos. Unde et Meretrix/ et meretricia taberna/ ⁊ me
ritorij pueri dicunt. Secundo ſignificat confero/ in/
ſeruio ſeu tracto: Et tunc conſtruit cũ ablatiuo medi/
ante de: vt Mereor de te: id eſt aliquid in te confero.
Et hoc in ambiguũ. Si de beneficio intelligimus: bñ
mereor de te dicimus. Uirgil. lib. iiij. Si bñ quid de
te merui: id eſt ſi in aliquo tibi beneficiũ contuli. Si
autẽ de offenſione/ male mereor de te. Cicero. Nãqꝫ
quo in hominẽ petulantẽ/ et male de nobis meritum
eſſe debuimus? In bonũ tamẽ ſiue be[illegible] vſus eſt Uir
giliꝰ lib. vj. Quiqꝫ ſui memores alios fecere meren/
do. Nõnũqꝫ per ambiguũ ſenſũ ſine vtroqꝫ dicimꝰ.

vt quid de te ſũ meritus? Et aliquando per negatio/
nẽ: vt Homines nihil de me meriti ſunt: hoc eſt: nec
bene mihi nec male fecerunt. Tertio ſignificat ſtipen
dia facio in militia: hoc eſt ſtipendij gratia milito et
dimico: et tunc datiuũ aut ablatiuũ requirit: vel ab/
ſolute ponitur. Luc. Aere merent paruo. Sta. libro
iiij. The. Nõ hi tibi ſolũamp hiarae merẽt. Luc. lib.
vj. Seua viro nomẽ caſtroꝝ in plebe merebat. Oui
dius de Faſt. Totidẽ pilanus habebat Corpora le/
gitimo quiq̃ merebat equo. Aliquãdo etiã actõ iun/
gitur: vt apud Sueto. Prima ſtipẽdia meruit. Et in
hac ſignificatiõe fit meret imperſonale: vt auctor eſt
Ser. lib. iiij. Ene. Hinc etiã emeriti milites ⁊ emeri/
ti ſtidendia dicunt̃ qui militia perfuncti ſunt: id eſt q̃
ꝑfecte meriti et exẽpti ſenio a labore afficiunt̃. Plin.
lib. xj. Nouiſſimeq̃ fecis ⁊ iã emerit⁹ inchoate. Nõ
nunq̃ etiã paſſiue ſumit̃: vt apud Quint⁹. Emeritis
huic bello ſtipendijs. Et per tranſlationẽ emeriti bo/
ues dicunt̃/ ⁊ quedã alia. Emeriti ꝟo ſenes ſolent ha
bere eos qui ꝓ ſe laborẽt: qui dicunt̃ ꝓ alio opus age
re. Cõpoſita ſunt Cõmereor/ demereor/ emereor/ ꝓ/
mereor: ſiue cõmereo/ demereo/ emereo et cõmereo.

Mereo es. meſtus: cũ diphthon. ſm Varro. a marceo
fit: vnde et primã vocalẽ accipit/ ꝙ corpus etiã mar/
ceſcere facit meror. Alij cũ oe diph. ſcribũt. Eſt autẽ
merere: triſtari ⁊ dolore affici: vnde ⁊ cum actõ q̃nq̃
conſtruit̃. Ci. Terẽtie. A te equidẽ oĩa fieri fortiſſi
me ⁊ amantiſſime video: nec miror/ ſed mereo caſum
eiuſmodi: vt tantis tuis miſerijs mee miſerie ſubleuẽ
tur. i. doleo. Itẽ deplorare: vt apud eundẽ li. j. Tuſ.
At illa ſicut acerbiſſimã rẽ meret. Et iteꝝ. Cũ graui/
ter filij mortẽ mereret. Inuenit̃ etiã meret impſona/
le cũ ſignificato ſui verbi. A mereo fit meror/ meſti/
cia/ meſtitudo/ meſto as. ⁊ meſtifico cas. ⁊ mero me/
ras. merentẽ facio. Pac. Qui mult⁹ merauit modis.

Meritũ: preſtitũ dicit̃. Et quoniã tã de malo q̃ de bo/
no dici poteſt: pro loco intelligendum eſt. De bono
Plautus. Quid eñi tibi ꝓ maximis tuis ac pene im
mortalibus in me meritis preſtare amplius poſſim.
De malo Vatinius. Scis meã fortunã: neſcio quo/
modo facile obteſtatores inuenire nõ meo me hercle
merito. i. culpa. Vnde Aug⁹ lib. de gratia et libe. ar/
bitrio: bonũ meritũ ⁊ malũ meritũ appellat. Iſta vti
q̃ inquit iã merita ſua bona cõmemorat: vt poſt pau
ca merita cõſequat̃ coronã: qui poſt mala merita cõ/
ſequutus eſt gratiã.

Meritus a. um. quod eſt cõgruũ ⁊ cõueniens. Virgil.
Meritos aris imponit honores. Hui⁹ contrariũ eſt
immeritus: a quibus meritiſſim⁹ ⁊ imeritiſſim⁹. Te/
ren. in Phor. Iãdudũ te oẽs nos accuſare audio im
merito: ⁊ me oĩm hoꝝ imeritiſſimũ.

Merito aduerbiũ. i. digne: vt in Geñ. Merito hec pati
mur: q̃ peccauimus in fratrẽ noſtrũ.

Meritus ſubſtãtiuũ: mõs eſt in tertio europe ſinu.

Merito as. a ſupino ꝟbi mereo: ſignificat dign⁹ ſũ ⁊ mi (lito.

Meritori⁹ a. um. qđ queſtũ facit corpe ſuo. Vñ
equi meritorij/ ⁊ meritorie rhede: que queſtus gratia
locant̃ aut cõducunt̃. Et ſcorta maſcula: pueri meri/
torij qui lucri cauſa ꝓſtituunt̃: Nã puelle nõ vocant̃
meritorie/ ſed meretrices. Meritorij nãq̃ vt mere/
trices p̃cio merent. Cice. in Anto. Ingenui pueri cũ
meritorijs: ſcorta cũ matribuſfamilias ꝟſabant̃. Ta/
berna meritoria: diuerſoriũ atq̃ hoſpitiũ mercenna
riũ: vbi cuiq̃ intrare licet danti mercedẽ. Ratio ꝟo
meritoria quaſi vilis ⁊ male coempta. Aliq̃n merito
ria abſolute dicit̃ ꝓ tabernis mercede ꝯduct⁹. Iuue.
Nã qui meritoria ſomnũ admittunt.

Meretrix: a merendo: nã mercede ſuã exercet militiã: q̃
copiã ſui tñmodo facit. Ideo honeſtioris loci eſt et
queſtus. Proſtibulũ: qđ ꝓ ſtabulo: id eſt ante ſtabulũ
ſtet. Vnde ⁊ Plau. in Ciſ. Intro ad bonã meretricẽ:
in via ſola ꝓſtibula ſane eſt.

Meretriciũ: ipſa meretricandi ars. Meretrici⁹ a. um.
qđ eſt meretricis: vel qđ ad meretricẽ ꝑtinet: vt Ars
meretricia. Terẽ. i Heau. Ignarã artis meretricie.

Meretricor pe. ꝓd. ſcortor. Gel. Thais meretricando
magnã pecuniã demerebat.

Meridies: medius dies: quaſi medidies. Nam (vt in/
quit Var.) antiqui nõ r. in hoc dicebant. Et ſemp ma
ſculinũ eſt: quia certũ diei tempus ſignificant. Hinc
meridianus na. nũ. quod ad meridiẽ ſpectat: et Po/
meridianus: de quo infra.

Meridio ias. et meridior depo. ſignificat cibũ meridia/
nũ capio. Plau. Ientãdo/ meridiando/ comeſſando/
ꝑgrecãdo vitã ducere. Hinc merenda dicta eſt. Ali/
quando ſignificat ſomnũ meridianũ capio. Cor. Cel/
ſus. Lõgis dieb⁹ meridiari debet: poti⁹ ante cibũ vti
le eſt: ſin min⁹ poſt eũ: per hyemẽ poti⁹ totis noctib⁹
ꝯquieſcere. Sue. de Nero. Miſſos a meſſalina vxo
re Claudij: q̃ eũ meridiantẽ q̃ſi britãnici emulũ ſtran/
gularẽt. Hinc meridiatio: quies meridiana. Cice. lib.
ij. de diui. Tunc ⁊ lucubratiões detraxi: ⁊ meridiati/
ones addidi: quib⁹ antea vti nõ conſueuerã.

Mergo is. ſi. ſum. ſub aqua pono. Cuius cõpoſita ſunt
Demergo: quod eſt deorſũ mergo: quod fit cũ aliq̃d
ſub aqua vel ſub terra/ ⁊ hmõi/ figit̃. Lactan. lib. iiij.
Nõ vt note Arionẽ mentiunt̃ in pelago incedentẽ:
qui demerſa corpis parte humeris ſupereminet vn/
das. Col. libro. ij. Neq̃ pecori maiora niſi cũ ſicciſ/
ſimũ eſt: quoniã demergũt vngulas et atterunt: ſcin/
duntq̃ radices herbarũ. Demergo: diuerſe mergo.
Lactã. lib. vj. Que autẽ ab illo altero id habent offi/
ciũ vt celeſtibus auocatũ: terreniſq̃ dimerſũ ad pe/
nã interficiant ſempiternã: quod eſt ſummũ malum.
Emergo/ extra mergo: ⁊ quaſi ex loco vbi ſubmerſus
fuerã exeo/ et in lucẽ ꝓdeo. Liui⁹ lib. j. Primũ ex pro/
funda emerſus palude. Teren. ꝑ tranſlationẽ i And.
dixit facile ex illis ſeſe emerſuꝝ malis. Immergo: in/
tus mergo. Virg⁹. lib. iij. Aeneid. Vaſtoq̃ imergi/
te põto. Submergo: ſubtus mergo.

Merſo as. ſepe mergo. Col. lib. viij. Quarto die ſi ẽ vi/
cina maris ad litt⁹ deducta merſat̃ ouis. Aug⁹ lib. ij.
Cõfeſ. ꝑ trãſlationẽ. Aeſtuabat imbecillã etatẽ abru
pta cupiditatũ: atq̃ merſabat gurgite flagitioꝝ.

Merto tas. idẽ quod merſo. Accius. Vel hic qui in ex
parte effrenata impudentia preſentẽ preſens dictis
mertare inſtitit.

Merge: furcule quibus acerui frugũ fiunt: dicte a mer/
gis volucribus: quia vt illi ſe in aquã mergunt dũ pi/
ſces perſequunt̃: ſic meſſores eas in fruges mergunt
vt eleuare poſſint manipulos.

Mergus gi. auis dicta/ ꝙ ſe in aquã cibũ captans aſſi/
due imergat: quẽ alij mergonẽ appellant. Virgil. lib.
j. Geor. Cũ medio celeres ruuolãt ex equore mergi.
Hui⁹ auis natura eſt: vt ſepe mergẽs auraꝝ ſigna col
ligat: ⁊ preuidens tempeſtatẽ futurã propere medio
reuolat equore: et ad littoꝝ tuta cũ clamore conten/
dit. Eſt et mergus in vite: vt docet Col. libro. v. quã
ait. Mergi genus eſt: vbi ſupra terrã iuxta ſuũ ad/
miniculũ vitis curuat̃: atq̃ ex alto ſcrobe ſubmerſus
producitur ad vacantẽ palũ. Palladius. Mergum
dicimus quotiens velut arcus ſupra terrã relinquit̃/
alia parte vitis infoſſa.

Merg⁹ oris. gen⁹ vaſis: quã nõnulli ſitulã appellãt.

Mergulus: inſtrumẽtũ quo lãpadis Ellychn⁹ cõtinet̃:
alio noĩe emunctorium: vt apud Hiero. in Leui.

Mergites pe. cor. ſpicaꝝ manipuli: a mergendo dicti.
Virg. lib. ij. Geor. Aut fetu pecoꝝ: aut cerealis mer
gite culmi Pronentuq̃ oneret.

Meroe es. dictio triſſyllaba: inſule Nili metropolis: a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qua ⁊ tota inſula Meroe dicit̃. Hanc Cambyſes cõdidit a noie ſororis Meroe. Cum eñ egyptũ omnẽ occupaſſet: Meroẽ ſecum vſq; ad egyptios ducens ꝓceſſit. Que cum ibi mortẽ obijſſet/ vrbi nomen indidit. Forma inſule ſcuto perſimilis. De qua Luc. lib. x. Surgite rupto Ambitu nigris meroe fecunda colonis. Patet lõgitudine ſtadioꝝ tribus millibus/ latitudine mille. Effodiunt in ea auꝝ/ argentum/ es ferrũ/ ebenum. Preterea fert ⁊ lapidũ multiplex gen⁹: diſtatq; a Syene q̃nq; milib⁹ ſtadi. vltra q̃ eſt ad torridã ʒonã. Exuperat oẽs alias Nili inſulas: q̃s circit̃ ſeptingẽtas eſſe ſcribit Diodorus.

Merops: apiaſtra auis que apes comedit. Virg. li. iiij. Georg. Meropes alieq; volucres. Et Meropes diuerſaꝝ linguaꝝ hoies dicunt̃ ab μεριζω qđ eſt diuido/ ⁊ οψ ꝓ o breue: qđ ſignificat vocẽ.

Meropus pe. cor. mons grecie iuxta Theſſaliã/ varijs ꝓruptus anfractibus.

Merope pe. produ. inſula dicta (vt quidã exiſtimant) a merope terrigena Triope filio.

Meros: mons Indie: ſub cuius radicibus eſt Niſa ciuitas conſtituta.

Merus ra. rum. quod eſt ſolũ. Teren. in Phor. Nihil habet niſi ſpem merã. Vñ merula auis. Per trãſlationẽ ponit̃ ꝓ puro. Ci. lib. ij. de ora. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtoꝝ oim: cui⁹ e ludo tanq; eq̃ troiano meri principes exierunt.

Merum ſubſtãtiuũ: ponit̃ ꝓ vino ſolo ſine aqua.

Merax et meracus a. um. penul. ꝓ. eo ꝙ eſt ſolũ et purum. Prop. Ah pereat quicunq; meracas Repperit vuas. Vñ vinũ meracum dicim⁹ qđ meꝝ eſt nulla aq̃ admixta. Hinc compatiuũ meracior/ ⁊ ſuplatiuũ meraciſſimus. Vñ meracius bibere dicunt̃ q̃ min⁹ aq̃ vino miſcẽt. Sicut ecõtrario limphati⁹ diluciuſve qui plus aque adhibẽt. Celſus. Precipue hyeme meracius bibendũ eſſe eſtate dilucius. Hiero. in Deuter. Et ſanguinẽ vue biberent meraciſſimũ.

Meribibulus: qui vinũ ſine aqua bibit. Aug⁹. Cum temeti auidior eſſet: quadã die ab irata ancilla ꝓ ꝯuitiũ appellata eſt meribibula: que res tantũ ei pudorẽ iniecit/ vt poſtea ſobria ꝓrſus fuerit.

Merula: auis ſic dicta ꝙ ſola volet/ et ſolitaria paſcat̃: quaſi mera volãs. Quo nomine etiã dictus eſt fluui⁹ in Albouintimilio oppido.

Meſa: fluuius notus per Leodium fluens: ⁊ per Brabantiã ac Geldriã. Vulgo tamẽ Moſa dicit̃: ⁊ coniungit ſe cuꝫ Rheno. Eſt ⁊ Meſa pars i domo apium. Victr. latine dici medianã auctor eſt.

Meſos grece medius latine. Meſon: moderatũ. Meſonyction: media nox.

Meſopotamia: regio inter Euphratẽ ⁊ Tygrim i maiori Aſia: Nã μεσοσ medius: ποταμοσ fluuius. Amb. lib. de parad. Meſopotamia dicit̃/ ꝙ Tygrꝭ et Euphrates incluſerint eã: eo ꝙ inter duo flumina ꝯſtituta ſit. Qꝫ etiã longe poſitis nomẽ ipm ⁊ opinio cõmunis expꝛeſſit. Habet eñ Tygrim ab oriẽte/ et euphratẽ ab occidẽte: a meridie Babyloniã. Meſopotamiã impiguat Euphrates: vt inq̃t Solinus: annue inundatiõis exceſſib⁹ terris ſupfuſus. Hec regio etiam dicta eſt Seleucia: vt lib. vj. refert Pli.

Meſapia: apulia: a Meſapo rege ſic appellata.

Meſſana pe. ꝓ. ciuitas Sicilie: a q̃ Meſſanenſes dicti ſunt. Syl. lib. xv. Incũbẽs meſſana freto niuibuſq; reuulſa. Hãc vrbẽ cõdidere meſſenij in pelori ſinu: vbi ad oriẽtẽ marie cũ eo colonos miſiſſent: ipſi q̃q; mamertini poti⁹ q̃ meſſanẽſes ſunt vocati.

Meſſ. nne ciuitas grecie meſſenie in Peloponneſo: a q̃ meſſenij. De q̃ Hiero. ꝯtra Ioui. Spartiate ⁊ meſſenij diu inter ſe habuere amicicias: intantũ vt ob quedã ſacra etiã virgines ad ſe mutuo mitterent.

Meſochorus pe. cor. fiſtulator cytharista i medio ſaltationũ. Sido. Null⁹ ibi lyriſtes/ choraules/ meſochorus tympaniſtria pſalteria canit.

Meſſala: dictus eſt Vale. Coruinus qui meſſanam in Sicilia vicit: ⁊ vrbis capte in ſe trãſlato nomine meſſana primo appellatus eſt: paulatimq; vulgo permutante litteras meſſala dictus eſt. Vnde ⁊ meſſalaꝝ familia Rome florentiſſima: ex qua meſſala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

Meſſalina: nomẽ filie barbati Meſſale cõſobrini Claudij imperatoris. Que cum adoleſcentula eſſet: ipſi Claudio ſeni nupta fuit: ſumme libidinis mlier: ita vt innumeris adulterijs ſe ſũmiſerit: ⁊ mutata veſte lupanaria celebrauerit: quinetiã cum ſcorto famoſo aliquando certauit: et ſuperataꝫ a ſe meretricẽ gloriata eſt/ et ſe inter diẽ et noctẽ. xxv. paſſã cõcubit⁹ affirmauit. Preterea ſeſe labore potius feſſam q̃ concubitu ſatiatã deſtitiſſe. Tandẽ ab ipſo Claudio ſupplicio affecta eſt cum. C. Silio nupſiſſet.

Meſpilus pen. cor. genus arboris: cui⁹ fruct⁹ meſpilũ. Palla. Meſpilus admiſſo germine tuta ſubit. Idẽ. Meſpilaq; exarmat pugnacib⁹ horrida mẽbris.

Meſſias hebraice: grece chriſt⁹: latine vnctus dicit̃.

Meſſis duo ſignificat: tẽpus ſcꝫ metẽdi ⁊ rẽ. Pro tempore. ſ. quãdo fruges metunt̃. Virg. Ante focum ſi frigus erit: ſi meſſis in vmbra. Pro re. hoceſt ꝓ ſegete ipſa iã matura. Idẽ i Geor. Atq; interfice meſſes. Nec ſolũ de frugib⁹/ ſed etiã de vua dicit̃. Dicta meſſis a metẽdo/ vel a medio: vt inq̃t Var. li. j. de re ruſ. Metit̃ eñ vt ſtramentũ mediũ ſubſecet̃. Nã q̃ metunt manu ſiniſtra ſũmũ prehẽdunt: infra manũ ſtramentũ qđ terre heret poſtea ſubſecatur.

Meſſorius ria. rium. quod ad meſſorem pertinet. Cicero. Meſſoria ſe corbe ꝯtexit. Meſſor: q̃ metit. Meſſio: ipſa metendi. i. ſecandi actio. Et operã meſſoriã dicimus: qua quis metit.

Meſia ꝓuincia que Pannonie iungitur: ad pontũ vſq; cum Danubio decurrens. Sue. de Tybe. Armeniã parthis occupari: meſiã a Dacis ſarmatiſq;: gallias a germanis vaſtari neglexit. Sunt qui hoc nomẽ cũ e ſcribant/ Meſea.

viri. Interdũ ꝓ libidine. Quinti. Nobilis adoleſcẽs
a centurione muliebria paſſus. Sic Sal. Uiros mn/
liebria pati: mulieres pudiciciã in ꝓpatulo habere.

Mullei calcei regũ albanoꝝ: erãt purpurei coloris po/
ſtea patricioꝝ a Millando.i.ſuendo. Uñ Millus
collare Uopiſ.i aureliano. Calceos mulleos ⁊ hede/
raceos ⁊ albos viris oĩbus abſtulit mulieribꝰ reliq̃t.

Mulus per ſimplex l. animal: quod aſino ⁊ equa gene/
ratur. Qui autẽ ex equo et aſino genitus pullus hin/
nulus dicitur.

Mularis ⁊ hoc mulare adiectiuuꝫ a mulo. Col.lib.vij.
Eſt generoſa materies quę circo ſacriſqꝫ certaminibꝰ
equos prebet. Eſt mularis quę precio fętus ſui com/
paratur generoſo.

Mulio et mulius qui mulos clitellarios ſiue quadriga/
rios ducit. Horatius in Ser. Audit cum magno bla
teras clamore furiſqꝫ mulius Iuue. Nam mihi com/
mota iamdudũ mulio virga.

Mullius per duplex ll. genus piſcis marini maxime nõ
bilitatis ⁊ gratię: q̃ binas libras põderis raro exuꝑat
Hora. Laudas inſane trilibrẽ mullum. Mar. Nolo
mihi ponas rhombũ mullũqꝫ bilibrem. Hic a grecis
Trigla dicitur: vulgus Barbonẽ vocat: qm̃ auctore
Pli. Barba gemina inſignitur inferiori labro. Hinc
a Cicerone in parado: ⁊ a Uarrone lib.iij. de re ruſt.
Barbatuli ⁊ barbati nulli dicti ſunt. Nomen illi da/
tum eſt: vt Feneſtella docet a colore mulleorum cal/
ciamentorũ. Scribit Pli.lib.ix. Mullũ expirantem
verſicolori quadã ⁊ numeroſa varietate ſpectari.

Multa e. ſolutionis pęna: ꝙ olim vt Uarro inquit ſin/
gula vt ob peccatũ exigebãtˀ: vt ouis aut bos poſtea
multa ſimul exigi ceperunt: ⁊ vinum atqꝫ oleum ad/
di. In hoc aũt multa differt a pęna: ꝙ pęna generalĩ
nomine dicitur omniũ delictorũ coerctio: multa ꝟo
ſpecialis eſt peccati: cuius animaduerſio pecuniaria
eſt. Pęna autem non tantũ pecuniaria: ſed capitis ⁊
exiſtimationis irrogari ſolet. Et multa quidem ex ar/
bitrio eius venit qui multã dicit pęna nõ irrogatˀ niſi
quę lege vel quo alio iure ſpecialiter: huic delicto im/
poſita eſt. Suprema multa apud priſcos erat in ſin/
gulos dies. xxx. boum: ⁊ duarũ ouium: minima ouis
vnius. Uarro lib.ix. rerũ humanarũ dicit hoc voca/
bulum non latinũ: ſed ſabinum eſſe. Dicimus autem
multam dixit: et multa dicta eſt: multam irrogauit: et
multa irrogata eſt: et ſignificat multã imponere dam
nato quaſi per rogationẽ ad populũ.

Multitatius a um: qđ ex multa fit: vel qđ ad multã ꝑti/
net: ſiue qđ noĩe multe exigitˀ. Liui.li.x. Ex multaticia
item pecunia quã exegerũt pecuarijs dãnatis ludifa/
cti. Et li.xxvij. Aedibiles plebis ex multatitio argẽto
ſigna ęnea ad ędẽ Ceretis dedere.

Multo as. punio: condēno: laro: diminuo: quia omnis punitio diminutionē habet. Et conſtruitur cū ablatiuo vel genitiuo. Virg. Multatā triſti morte camillā. Cur. lib. ij. Is quoqꝫ inſulas preſidijs occupat pecunia multat. Aliquādo cū duobꝰ accuſatiuis. Hiero. in Eſdra. Et multauit gentem argenti talenta centū et auri talentū vnū. Interdū Multare ſignificat priuare. Varro. Quod ſi perdiderim patria multabor. Interdum lacerare/ mutilare/ verberare/ diſſoluere. Tereñ. in Adel. Ipſum dn̄m atqꝫ oēm familiā multauit vſqꝫ ad mortē. Col. li. ij. Quo euenit vt in iteratione quoqꝫ ſcāna fiant ⁊ boues iniq̄tate opis maxime multent̄. Interdū augere ⁊ voti compotē facere. Nonius. Et vobis q̄dē gratias ago cū votis me multatis meis. Interdū male tractare. Col. lib. j. nā illud vetus eſt Catonis Agrū peſſime multari cuius dn̄s quid in eo faciendū ſit nō docet: ſed audit villicum.

Multor aris: deponens. Sue. de Aug. Neqꝫ aut crebrius: aut pſidioſius rebellātes grauior vnq̄ꝫ multatus eſt pena ꝙ̄ vt captiuos ſub lege venūdaret.

Multus multa multum: a quo fit multitudo que eſt frequentia ⁊ copia.

Multifariam aduerbium ⁊ ſignificat quod multis modis fari pōt. Multifidꝰ: multis modis fidens. Multiuidus multa vidēs. Multipes: multoꝝ pedū Multiuolus: q̄ multaꝝ rerū deſiderio tenet̄. Multiloquꝰ qui multa loquit̄. Multifacio: magni eſtimo.

Multiplex varius inuolutus: multas plicatiōes habēs Hinc multiplico as.

Multeſima pars pro quantitate infinita. Lucil. Et paruula pars: ꝙ̄ multeſima conſtet.

Multitia indumenta dicebantur minutiſſimis filis cōtexta. Unde a multis filis ⁊ propterea ſubtilibus nomen inditū: vel a mulcendo quoniā carnē demulceāt Et tantū pluraliter declinatur. Iuue. Quero an deceant multitia teſtem.

Mundus ſubſtantiuū dicit̄ ornatus muliebris: quo ſcꝫ mulier mundior fit. In cuiꝰ nominis appellatione cōtinent̄ ſpeculū: matulę: maures: armillę: anuli: gēme: mitrę: ⁊ ſimilia quibꝰ mulier ornat̄ Cato ꝓ lege opia Mundicię ornatus ⁊ cultus feminarū inſignia ſunt: his gaudēt ⁊ gloriant̄. Hunc mūdū muliebrē appellarūt noſtri maiores. Dicit̄ ⁊ mundū neu. ge. Lucil. Legauit q̄dā vxori mūdū oēm penūqꝫ. Hinc deducit̄ Mūdus q̄ ꝯſtat ex ſole ⁊ luna ⁊ terra ⁊ ſtellis ⁊ oibꝰ elemētis ⁊ quicq̄d celi ambitu cōtinet̄. Nā ſicut greci κοσμον qđ apud eos ornatū ſignificat: ita nos a ꝑfecta abſolutaqꝫ elegantia vocamus mūdū: ꝙ nihil eo mūdiꝰ ſit ⁊ pulchrius ⁊ ornatiꝰ. Et a grecis ab ornatu coſmos dicit̄. In ſacris līris mūdi nomie: q̄nqꝫ hoies: q̄nqꝫ inimici dei intelligunt̄. Hinc mūdanus a um: qđ mūdi eſt. Vn̄ interrogatus phus cuias eſſet: mundanū ſe eſſe reſpondit.

Mundus a um: qđ eſt purū terſum politūqꝫ. Cuius cōtrarium eſt Immūdus.

Mundicies ⁊ mundicia ꝓ lauticia qua quis ſe munduꝫ ac politū tenet. Cice. li. j. offi. Adhibenda ꝓterea mūdicia eſt nō odioſa nec exquiſita nimis.

Mundo as: detergo: depuro. Hiero. ad Helio. Cornelius centurio adhuc ethnicus dono ſancti ſpiritꝰ mūdatur. Hinc cōponit̄ Emundo Extramūdo. Col. lib. ij. Quedam pluuijs diebus: vt bubilia et ouilia debent emūdari.

Mungo is xi ctū: quaſi muccū ago. Id eñi mungere eſt cū e naribus muccus trahit̄. Unde emungo fit: de q̄ ſupra. Inuenit̄ etiā mungor deponēs. Cato de liberis educandis. Neqꝫ emungentur libertatē.

Munus quattuor modis dicit̄. Primo ꝓ dono. Unde munera dari ac mitti dicunt̄. Dictuꝫ munus: vt inq̄t Var. ab eo ꝙ qui mutuo aio ſunt id dant officij grā. Altero pro onere qđ cū remittitur vacationē militię preſtat. Nā munera id eſt officia ſine labore atqꝫ onere exerceri nō pn̄t. Vn̄ Immunitas appellat̄. Tertio ꝓ officio. Vn̄ munera militaria vocant̄: ⁊ milites q̄dā municipes dicunt̄ q̄ in ciuitatē recepti munera cū ciuibꝰ faciūt. i. officia. Quarto ꝓ ſpectac̄lis ſeu ludis qui a principe populis quaſi muneris loco exhibent̄ Nāqꝫ id genus oblectamēti antiqui munera noiarūt ꝙ populꝰ tali ſpectaculo perinde ac munere quodaꝫ capiebatur. Scribit. Lactā. lib. vj. Venatiōes ferarūqꝫ ſpectacula attributa eſſe Saturno ⁊ munera vocari. Populus eñi ſpectaculis talibꝰ veluti muneribus capit̄. Sue. in Ceſa. Beſtias quoqꝫ ad munꝰ populi cōparatas trucidauerāt. Mar. Priſca fides taceat: nā poſt tua munera Ceſar. Hec iā feminea vidimus acta manu. Hinc munꝰ gladiatoꝝ dicebat̄ cū in ſpectaculis multa gladiatoꝝ paria exhibebant̄.

Munerarius ſpectaculi exhibitor: a grecis agonotheta vocat̄ qui ludos gladiatorios exhibet populo: vnūqꝫ vel plura paria gladiatoꝝ ad ſpectacula pugnatura ꝓducit. Et q̄ familiā gladiatoꝝ habet: gladiatoreſqꝫ domi inſtituit ac poſtea vēdit: a laniādo dicit̄ laniſta Vn̄ apud hiſtoricos frequēter legimus laniſtas vendidiſſe gladiatores munerarijs. Accipit̄ etiā Munerarius ꝓ eo q̄ paupibus elargit̄. Hiero. Munerariꝰ pauperū ⁊ egentiū candidatus ſic feſtinat ad celū.

Muneralis adiectiuū qđ ad munus ꝑtinet. Vn̄ Muneralis lex qua Cintius cauit ne cui liceret munus accipere. Plau. Nec muneralē legē neqꝫ lenoniam rogo fuerit nec ne flocci eſtimo.

Munero as: ⁊ muneror aris: in eadē ſignificatione qua dono Macro. Janus cum ſaturnū claſſe prouectuꝫ excepiſſet hoſpicio: ⁊ ab eo edoctus peritiā iuris ferum illū ⁊ rudē ante fruges cognitas victū in melius redegiſſet: regni eū ſocietate munerauit. Hinc remunero. Liui. li. ij. Tū mutius quaſi remunerās meritū

Munis officioſus: ⁊ q̄ onera populo ſoluit vnde Munia dicūtur obſequia lege debita: ⁊ officia que publice preſtātur. Col. lib. j. Sic eñi ⁊ magiſtri ſinguloruꝫ officioꝝ ſedulo munia ſua exequunt̄. Vn̄ imunis qui ab hmōi onere liber eſt. A munis fiunt Cōmunis et Immunis: de quibus alibi. Munico as: quo veteres vtebantur ſicut a cōmunis cōmunico Nec habet munia aliam termiuationē.

Munifici apud antiquos nō a largitione quę nulla erat ſed conſentiētes appellabant̄: ad ea quę amici vellēt: nunc autē ꝓ liberali ponitur: quaſi ſit munera large prebēs de quo in dictiōe Liberalis. A munificus fit Munificentior ⁊ munificentiſſimus. Cato tñ Munificior ⁊ munificiſſimus dixit.

Municipia dicebantur quę aliunde veniebant in ciuitatē: ⁊ cū ſuo iure viuerent: muneribus tñ populi. Ro. honoribuſqꝫ fungebant̄. Capiebāt eñi munera: ſꝫ nō dānoſa: vt eſt collatio tributoꝝ ⁊ hmōi: ſed q̄ ad honorem pertinerēt. A quo munere capeſſendo nomen ſibi vendicauere nulla populi ro. lege aſtricta. Et municipia ſunt ciuitates ſuo iure ⁊ legibus ſuis vtentes quę meliori conditione ſunt ꝙ̄ colonię: quorū incolę municipes vocati ſunt. Municipioꝝ iura iā penitus oblitterata ſunt. Municipē vt Ulp. inq̄t facit aut ciuitas: aut manumiſſio: aut adoptio: qm̄ municipes et q̄ liber in municipio natꝰ eſt ⁊ q̄ in municipio a ſeruitute ſe liberauit: ⁊ q̄ ciuitatē quācūqꝫ aſſecutꝰ eſt: proprie tñ municipes dicūt̄ q̄ in ciuitatē romanā recepti munerū participes fiūt: ſed abuſiue nunc municipes dicimꝰ ſuę cuiuſqꝫ ciuitatis ciues. Quo noie tā oratores ꝙ̄ poete vtunt̄. Iuue. Jam princeps equitū magna qui voce ſolebat Vendere municipes fracta de merce ſiluros. Ci. in Bruto. Nō dubito q̄n ſcias nō ſolū cuiꝰ municipij ſim: ſed etiā ꝙ̄ diligēter ſoleā mu

nicipes arpinates fueri. Hinc municipalis.

Municipale ius: dicitur priuatū ius vniuſcuiuſ⁊ ciuitatis. Municipalia magiſteria vocātur adminiſtrationes ⁊ officia ſui municipij.

Municipatim ſignificat per municipia: ſicut Oppidatim per oppida.

Munio is iui vel munij itū: ſignificat fulcio fortifico: reficio: reparo: pręparo: defendo. Cice. li. j. Tuſ. Abijt ad deos Hercules nunꝗ abiſſet niſi cuȝ inter hoīes eſſet eam ſibi viam muniſſet. Sic dicimus munire ripam: munire alueū: munire adituȝ: cū illa reficimus vel reparamꝰ. Huiꝰ cōpoſita ſunt Cōmunio. Cęſar Pręſidia diſponit: caſtella cōmunit quo facilius ſi ſe inuito trāſire conarent̄ ꝓhibere poſſit. Circūmunio ꝓ circūfulcio. Col. lib. iij. Priuſ⁊ pomariū ꝯſtituas ꝗ magnū habere voles circūmunito maceria aut foſſa. Emunio extra munio. Idē lib. j. Sed ⁊ hāc curam pauimentoꝝ ⁊ parietū ꝓbamus cū vt retuli ſi emunita ſola ⁊ latera horreorū prohibent curgulionē. Pręmunio antemunio. Leo pa. Ad roborandā hāc fideȝ qua contra oēs ꝓmuniebamur errores ex magno factum eſt diuinę pietatis conſilio.

Munimen pe. pro. ſiue munimentū: idem eſt qđ munitio: ꝗ ꝓprie caſtroꝝ eſt: ceterarū⁊ rerū ꝗ contra euētū hoſtiū muniūt: ſiue vallo ſiue foſſa: ſiue alio quouis mō quo ſunt milites ab hoſtiū aduētu muniti.

Munia ę. genus aromatis.

Munichia oꝝ feſta palladis erāt. Inde munichij portꝰ athenarum. Suidas. μουνυχία τόπος θαλάσσιος ἐν τῇ ἀττικῇ ἑλλανικος δεέν δευτέρω ἀτθίδος ὀνομασθαι φησιν ἀπὸ μουνύχου τινος βασιλέως του πάντευ κλέους.

Murus a muniendo dictus eſt: ꝙ ſepiebāt ęquo munere oppidū muris. Vñ ꝓprie vrbis eſt lapideꝰ ābitꝰ paries domoꝝ. Maceria ſiue maceries ꝗ cōſtat ex lapidibꝰ ſiue calce aut alio genere ferruginis. Sȝ ꝯfundit̄ qñ⁊. Amb. ſup Lucam. Meminimꝰ ꝙ Hierico magna ciuitas fuerit muralibus ſepta parietibꝰ ꝗ nō ferro quia nō arieti poſſet eſſe penetrabilis. Hic antemurale ⁊ ꝓmuriū pontificale pomeriū ꝓmuri.

Muralis et hoc murale: qđ ad murū ꝑtinet: vt Muralis corona qua donari ſolebat ab impatore q̄ primus murū ſubijſſet ⁊ in hoſtiū oppiduȝ ꝑ vim aſcendiſſet.

Muratus a um: quod muros habet. Unde vrbes muratę dictę ſunt.

Muralis herba: quę vulgo vitriolū dicit̄ ꝙ vaſa mirū in modū cōfricata purificet. Ideo Urceolaris a veteribꝰ dicta. Eadē parietaria vocat̄ ꝙ in muris frequēter naſcat̄. Et ꝑdiciū qm̄ ꝑdices ea ꝑcipuę paſcantur.

Murena cū ę. diph. Nā grece ſcribit̄ μύραινα piſcis eſt lōgitudine nō diſſimilis anguillę. Parit quocū⁊ tēpore: cuius oua citiſſime creſcunt. Macro. Accerſebantur ad piſcinas vrbis ab vſ⁊ freto ſiculo. Illic eñ optime eſſe creduntur tam murenę ꝗ anguillę ⁊ vtre⁊ ex illo loco plote a latinis flute vocantur: ꝙ in ſummo ſupernatantes ſole torrefactę curuare ſe poſſe ⁊ in aqua mergere deſinunt: at⁊ ita facile capiunt̄. Mar. Quę nata in ſiculo grandis murena ꝓfundo. Nec valet exuſtam mergere ſole cutē. Eſt ⁊ murena cognomen viri romani ab eo piſce deductum. Unde Ciceronis extat oratio pro murena. Solet hic piſcis alio noīe lampetra appellari a lābendis petris.

Murenule ſunt ornamenta colli flexuoſa inſtar murenarum ⁊ catene ex auro quibus matronę condecorant̄: ſicut ſcribit Hiero. ad Marcellam his verbis. Aurum colli ſui quod murenulā vulgus vocat: quod. ſ. metallo in virgulas lenteſcente quedā ordinis flexuoſi catena contexit̄ abſ⁊ parētibus vendidit. Pōt tñ murenula eſſe diminutiuū a murena.

Murex piſcis marinus ex concharū genere a purpura diuerſo. Idē ⁊ cōchyliū ꝑ excellētiā dicit̄. Pli. Conchylia ⁊ purpuras oēs ore atterit. Ex muricis humore fit color purpureus. Uirg. Ipſe ſed in pratis aries iā ſuaue rubēti murice. Unde veſtis tincta murice cōchiliata dicit̄. Interdū accipit̄ ꝓ purpura quā Sidō vrbs ſyrię gignit. Idē lib. iiij. Tyrio⁊ ardebat murice lena. Interdū ꝓ acumine ſeu aſperitate ſaxi. Ideȝ lib. v. Et acuto in murice remi: Obnixi crepuere. Et murex eſt ferreus triāgulus ꝑ cuſpidē vulgo Tribulū vocamus. Itē murex herba eſt ꝗ naſcit̄ vbi nunꝗ radiat ſol vt ī puteis. Itē murex accipit̄ ꝓ freno equi

Muricatus a um: qđ eſt muricis modo factum. Pli. de Carduo Muricatis inquit cacuminibus. Hinc muricatim aduerbium.

Muria genus liquaminis qđ ex thynno piſce cōficiebatur. Perſius. Tingit holus ſiccū muria vafer in calice empta. Apud Col. Muria capitur pro ſale cum aqua medicato ⁊ indurato.

Muries ei. ſal in pila tūſuȝ ⁊ in ollā fictilē ꝯiectū ⁊ ī furno ꝑcoctū. Quidā exiſtimāt idē eſſe muriē ⁊ muriam ſignificare⁊ ſalſamētoꝝ aquā a mari nomē deductū.

Murtius auentinus mons ꝙ e lapidibus ⁊ veluti muro conſtaret: a quo Murtia dea venus quā Priſci Myrteā nūcuparūt a myrto arbuſcula quę Ueneri dicata eſt. de qua Pli. li. xv. Ara fuit romę vetus veneris myrtęę: quā nūc Murtiā vocāt. Huic erat ſacellū ſub auētino mōte q̄ ante Mureus vocabat̄.

Murcea altera dea quā ita appellauerūt ꝙ ꝑter modū faceret hominē murcidū. i. nimis deſidioſum. Cui cōtraria erat dea ſtrenua ꝗ faciebat hoīes ſtrenuos.

Murrinū pe. cor. a Murra fieri puto. Vñ vaſa murrina ex murra gēma quā q̄dā eandē eſſe putāt: quā nūc vulgo Agathē dicūt q̄lia ſunt vaſa ꝗ in diui Marci theſauris apud Uenetos poſita ſunt. Exiſtimāt murrā eſſe humorē q̄ in oriente maxime in parthico regno ſub terra cōdenſat̄. Col. li. vij. Murrinus cū ſit in aſino vulgaris tñ etiā nō optime rñdet̄ in mula. Hic ꝓ colore ponit̄. Mar. Surrētina bibis: nec murthina picta: nec aurū ſume dabūt calices hęc tibi vina ſuos. Pli. li. xxxiij. Murrhina ⁊ criſtallina ex eadē terra effodimꝰ q̄bꝰ ꝑtiū faceret ip̄a fragilitas: oriēs mittit: nitor eſt his ⁊ varietas color circūagētibꝰ ſe maculis in purpurā candorē⁊. Mar. Si calidū potas ardenti murra falerno. Cōuenit ⁊ melior fit ſapor inde mero. Fiebāt ex murrino abaci eſcaria vaſa ⁊ potoria ⁊ trulle. Sue. in Aug. Itē lauticiaꝝ inuidiā cū ⁊ Alexādria capta nihil ſibi ꝑter vnū murrinū calicē ex inſtrumēto regio retinuerit. Murino ſeu myrina vinū myro. i. odore cōditū. Greci eñ myrū dicūt qđ nos odoramētū vnguētū ve. Hmōi eñ vina apđ priſcos laudatiſſima erāt: vtpote aromatibꝰ cōdita iūco. ſ. myrrha calamo ⁊ hmōi. Plau. in ꝑſa. Ecq̄d habet? Tū Charinꝰ rogas? Murrinā paſſum defrutū mellinā vel q̄uis mō. Quint. Mittebāt vinū pulchrū murinū. Idem dicebat̄ vinum muratū vel murata potio ⁊ muriola.

Murra gēma: vide in dictione murrinū.

Murreus a um: qđ ex murra eſt ſicut murrinū. Iabolenus iurecōſultus ſcribit murrea vaſa ꝗ ad vſum edēdi ⁊ bibēdi cauſa apta ſunt: eſſe in ſupellectili.

Murinus a um. pe. pro. qđ eſt ex mure. Pli. Pręterea murinū fimū qđ itē muſcerdas appellat.

Muricidus pe. pro. ignauus ſtultus a muris cedendis Plau. Muricide homo ignaue iners.

Murmilonica: ſcuta cum quibus de muro pugnabant. Erant eñ ad hoc ipſum apta.

Murgenor penul. cor. Tardo.

Murgiſo penultima ꝓducta. iners deſidioſus a mora ⁊ deridendo dictus.

Murmur tā maſ. ꝗ neu. generis: lenis aquę ſtrepitus:

licet ⁊ ꝓ alio quocūq; ſtrepitu poni cōſueuerit. Hinc Murmuro as: ⁊ Murmuror deponens. Plau. in Caſ. Mihi inanitate iamdudū inteſtina murmurant. Hinc etiā poete murmurātia littora quis plerūq; ꝓ ſecrete maledico capiat: ꝙ is q̄ murmurat ita leniter loquit̄ vt magis videat̄ id facere ſono vt intelligat̄. Huius cōpoſita ſunt Cōmurmuro. Pli. li. x. Ubi cō gregate inter ſe cōmurmurāt. Submurmuro. Aug. li. vj. cōfeſ. Sono autem ſecuris audito ſubmurmurauerunt argentarij qui ſubter erant.

Murmurillū: murmuratio. Plau. Nolo ego murmurillum neq; ſurſurrum fieri.

Murmurillo as murmuro. Idem. Quid murmurillas tecum ⁊ te diſcrutias?

Mus μυσ exiguū aīal eſt nobiſcū in domo habitans a corroſionis ſono quē facit: dicť latine etiā ſorex appellat̄: in gtō plī muriū ⁊ ꝑ ſyncopē murū. Quidā tn̄ murē a ſorice diſtinguūt: ꝙ mus domeſticus ſit: ſorex ſylueſtris. Col. Si ſerpens aut mus ſorexq; in muſtū ceciderit. Murē certe nec ferā iure dixeris nec placidū: qꝛ nunq; māſueſcit: vt inquit Pli. Mus etiā araneus eſt quē greci Mygalē appellant: qꝛ muris magnitudine ſit: muſtelina ſpecie: ore oblongo: cauda gracili: verſu dentium quadruplici: vt inquit Aetius Abūdat inſula britānia. De hoc Pli. lib. xx. ꝯtra araneoꝝ murū venenatū morſum μυγαλην.

Muſculus modo diminu. eſt: ⁊ ſignificat paruū murē. Pli. De turgēte nilo muſculi reperiunt̄: mō ſignificat articulū in q̄ neruoꝝ capita ſunt. Muſculos etiā dixerunt minores machinas q̄bus ꝓtecti bellatores foſſatū ciuitatis apportatis lapidibus lignis ⁊ terra nō ſolū complēt: ſed etiā ſolidant: vt turres ambulatorię ſine impedimēto vehant̄ ad murum. Sunt minores vineis ſubditioreſq; ⁊ maiores firmioreſq; pluteis. Itē Muſculꝰ genꝰ piſcis parui q̄ ꝑuo moderamine caude tēperat balenā ne ī ſcopulū īpingat. Eſt em̄ balena luſcitroſa ⁊ pęne exoculata q̄ cū forte ſe direxerit ꝓfectura alioꝛſum maris īdiget hoc piſciculo ꝑuio q̄ eā deducit ⁊ reducit. De hoc Clau. li. ij. in Eutropiū. Sic ruit ī rupes amiſſo piſce ſodali Belua ſulcādas cui ꝑuiꝰ edocet vndas: Immēſūq; pecꝰ paruo moderamie caude. Tēperat: ⁊ tāto cōiungit fędera monſtro. Hunc piſcē q̄dā aiunt etiā vocari Iulum.

Muſcerda muriū ſtercus. Plinius. Muriū fimū quod item muſcerdas appellant.

Muſcio Catus murelegus: ꝙ ſit infeſtus muribꝰ μυσ em̄ grece ꝓ quo ipſi mus dicimus.

Muſcipula: machina ad capiēdos mures nō autē catus Aug. in pſal. expoſitiōe. Muſcipulā ſuā diabolꝰ tetēdit vſq; in finē ⁊ veh illi q̄ in illā muſcipulā cadit.

Muſtella: quaſi longior mus: mures ꝑſequit̄ ⁊ ſerpētes Eſt etiā hoc nomie genus piſcis murenę fere ſimilis. Neoterici lampredā dixere.

Muſa latine ſignificat cantū. Un̄ muſica appellata eſt ſciētia que tractat de rōne canēdi. Et muſicus muſicę peritꝰ. Muſam ꝓ cātu poſuit Uir. cū inq̄t Paſtoꝝ muſaꝫ damonis ⁊ Alphiſibęi. Hinc poete muſas finxerūt deas eſſe Iouis ⁊ memorię filias q̄ poetꝭ ⁊ muſice ꝑeſſent. Oportet em̄ virū eruditū ac doctū intelligētia memoriaq; vigere. Has dixerunt in helicone habitare qui mons Boetię eſt phocydi affinis: a quo heliconiades appellant̄ nec procul diſtat a parnaſo phocydis monte emulus illi ⁊ altitudine ⁊ ambitu ⁊ rupes amboꝝ ſaxea eſt. Parnaſum quoq; habitare muſę dicunt̄. Un̄ ꝑnaſides. Et qm̄ phocydi confinis Aonia eſt: etiā Aonides appellant̄. Etiā dicunt̄ Cytheriades a ſaltu qui Cytheron dicit̄ in quo ſimiliter muſę habitare ferunt̄. Initiū habet a megaricis ⁊ atticis mōtibꝰ finit̄ ꝓpe thebas. Pierides a pieria q̄ regio eſt macedonię. Emathia ante dicta. Hęc muſarū parēs domuſq; eſt a nemore itē appellata cui nomen eſt pieris. Et pieres ppl̄i dicti ſunt quibus extinctis macedones ea loca icoluere. Itē dicunt̄ Theſpiades a theſpia oppido heliconi ꝓpinquo. Itē pegaſides ⁊ hippocrenides ab heliconis pulcherrimo fonte q̄ a grecis hippocrine dicitur hoc eſt equi fons ιπποο equū vocāt κρηνη fōs a nr̄is appellat̄ caballinꝰ. Itē pegaſeꝰ ꝙ pegaſus eo loco ſaxū vngula feriēs fontē apuit. Perſi. Nec fonte labra ꝓlui caballino. Hūc equū putāt eſſe q̄ inter ſydera collocatꝰ: q̄uis alij bellorophontis equū eſſe dicūt. Rurſus muſę Libethrides vocati ſunt a fonte macedonię in ea regione quę Magneſia dr̄. Hic fons Libethros muſis eſt ſacer ⁊ ſpelūca eodē in loco q̄ libethra appellat̄. Itē pympliades ſiue pymplee a Pympleo macedomię fonte ſeu iunco: vel a pympleo monte orchomenorū: vel a pymplo veſtis genere. Itē Caſtalides a fōte caſtalio in radicibus parnaſi muſis ſacro: q̄ a caſtali nympha nomē aſſumpſit. Nouē autē muſę fingunt̄ quibꝰ hęc noia impoſita fuere. Primā em̄ a bonitate vocis dixere Calliopen καλλον em̄ bonū dr̄ οψ vox Secūdā Clio. a gloria ⁊ celebritate rerū geſtarū: q̄s canit κλεειν em̄ celebrare eſt. Un̄ hiſtorica dr̄. Tertiā ερατω. Erato vel a canendis amoribus: vel ꝙ cantus ab oībus deſideret̄. Oui. Nūc erato nā tu nomē amantis habes. εράω em̄ amo etiā deſidero eligo. Quartā a voluptate ac laſciuia cātꝰ θαλειαν thaliā θαλλειν em̄ viuere: germinare: florere eſt. Quintā μελπομενην melpomenē a canēdo μελπομαι em̄ cāto modulor ſignificat απο τοι μελοσ ποιειν: hoc eſt a ꝯcētu faciēdo meditationē faciēs q̄ tragica Sextā τερψιχορην απο του ποιειν τουσ χορουσ hoc eſt delectādis choreis exultans quę citharista. Septimā Euterpen a ſuauitate cōcentus delectans. Tibicinaria dr̄ ευ em̄ bene ſignificat τερπειν delectare. Octauam πολυμνειαν a multitudine carminum ſiue laudationum. πολυ em̄ multū ſignificat υμνω cāto laudo. Nā υμνοσ cāticū eſt quē nos hymnū dicimꝰ. Uel polymnia a multa memoria μνημη em̄ memoria dr̄. Nonā. ουρανιην q̄ſi cęleſtē vel a cęleſtiū rerū cantu: vel a cantus diuinitate. ουρανον em̄ greci vocāt cęlū. Dr̄ aūt muſa Herodiano teſte inq̄ſitio. Querēdo em̄ diſciplias adipiſcimur. Alij muſas denoiatas ꝑinde atq; ομουσασ omuſas ꝑſunt em̄ ozoni. Una em̄ vtētes cōuenientiā quā αρμονιαν vocāt ⁊ ſimul canunt ⁊ ſimul tripudijs exercent̄: nec vnq; inuicē ſeparant̄. Nā tā etſi earū queq; ſuā vim habeat: vt alia in aſtronomia: alia in geometria ⁊ alia in alijs diſciplinis in vnaq̄q; tn̄ eaꝝ muſas oīs īuenias. In aſtronomia em̄ atq; geometria facile repies ⁊ carminū ⁊ hiſtorię pulchritudinē atq; dignitatē. Et eodē mō in ceteris ſcientijs.

Muſe iouis cęli et terrę filię dictę: qm̄ Myin grece honeſta bonaq; doctrina inſtituere ſignificat.

Muſium. Spar. in hac apud Alexandriā in muſio multas queſtiones ꝓfeſſoribus ꝓpoſuit.

Muſica ce. ⁊ Muſice es ſciētia eſt quę moduꝫ canendi demonſtrat. Hęc apud grecos antiquitus tātę venerationis fuit vt idē muſici ⁊ vates ⁊ ſapiētes iudicarent̄. Cuiꝰ ſciētię cū ſe īperitū Temiſtocles cōfeſſus eſſet: vt inq̄t Ci. īdoctior habitꝰ eſt. Sed vt puto cum alijs multis virtutibꝰ interijt. Scribit em̄ iſta verba mirāda magnꝰ Baſiliꝰ de Timotheo ωγετοσ ουτου περιηντησ τεχνησ ωστε καὶ θυμὸν εγειρειν διατησ συντονου καὶ αυστηρασ αρμονιασ καὶ μεντοὶ καὶ χαλᾶν καὶ μαλαττειν παλιν διὰ τησ ανειμενησ ειποτε βουλοιτο.

Muſcus viridis herba in corticibus fontis ⁊ locis humidis naſcens. Uirg. Muſco circūdat amare corticis. Hinc fit muſcoſus a um: q̄d muſco opertum eſt.

Vñ dicunt̃ muſcoſi fontes. Hec alio nõie Bryon dꝛ
Muſcari eſt muſco tegi. Col. lib. xj. Muſcant̃ oleę.
Muſchus cũ h eſt aĩal ſimile muri duos dẽtes ſupiores
⁊ duos inferiores habẽs: iuxta cuius vmbilicũ naſcit̃
ſanguineũ apoſtema inter carnem ⁊ corium qđ cum
pelle ablatum muſchũ precioſum cõficit.
Muſca paruum animal volatile cuius diminutiuũ eſt
Muſcula. Boetius. Quid imbecillius eſt homine?
quos morſus muſcularum necat.
Muſcarius a um: quod ad muſcas pertinet. Plinius.
Aranei muſcarij tela.
Muſcariũ flabellum quo muſcę abiguntur. Hiero. ad
Marcellam. Qꝛ autẽ a matronis offertis muſcaria
paruis animalibus ventilandis elegans ſignificatio
eſt debere luxuriam cito reſtringere: qꝛ muſce moritu
re oleum ſuauitatis exterminant. Ab huius ſimilitu-
dine muſcariũ etiã appellat̃ coma illa quarundã her-
barũ in qua ſemina dependent: qualis eſt fęniculi ane
ti ⁊ ſimiliũ. Pli. Semine in muſcarijs depẽdente: vt
ferulę in papauere ⁊ ſimilibus: ſcapus in glandibus
auellanis pannicula appellatur.
Muſeus poeta inſignis Orphei tẽpore: vnus ex argo
nautis: de quo extant verſus. Ancus erat romę quo
martius optimus ęuo Muſeus grecis floruit in par
tibus Orpheꝰ in hymnis ορφεωσ τελεται προσ
μουσ αιον αυτου υιον μαν θα ρεδη μου-
σαις θυνπολινν περι σομυην ευχην.
Muſea dicũtur que in ędificijs ex pumicibus dependẽ
tia fiunt ad imaginẽ ſpecus arte reddendam. Unde
Muſeaca opa dicũt̃ q̃ vulgo muſaica vocãt̃. Pumi
ces eñ. i. leues lapides mire eroſos i ędificijs muſea
vocãt q̃ ⁊ vermiculata dicunt̃. Hęc etiã muſiua ap-
pellant̃ a Spartiano. Aug. li. xvj. de ci. dei. Quoſdã
ſine ceruice oculos habere i humeris ⁊ cetera hoĩm
vel q̃ſi hoĩm genera q̃ in maritima platea carthagis
muſiuo ope picta ſunt ex libris deprõpta velut curio-
ſioris hiſtorię. Muſeũ etiã a gręcis dꝛ domiciliũ mu
ſis dicatũ. Accipit̃qꝫ ꝓ diuerſorio eruditoꝝ. Pli. in
ep̃lis. O mare o littus verũ ſecretũqꝫ muſeon q̃ꝫmul
ta inuenitis: q̃ꝫ multa dictatis. Scribit Stra. li. vltio
apud alexandriã fuiſſe muſeũ celebratiſſimũ.
Muſſo as: ſubmiſſa voce loquor: ⁊ ſecrete occultaqꝫ qđ
celatũ velim: quaſi murmuro. Plau. in Aul. Neqꝫ
id occultũ haberi neqꝫ ꝑ metũ muſſari q̃n participem
pariter ego te ⁊ tu me facias. Aliqñ Muſſare ponit̃
ꝓ tacere ⁊ quaſi obmuteſcere. Terẽ. Sile cela occul
ta tege tace muſſa. Aliqñ pro dubitare. Uirg. lib. xj.
Muſſat rex ipſe latinus quos generos vocet. Uul-
go autẽ ponitur pro citare.
Muſſito as: frequẽtatiuũ. Liui. lib. j. In abſentẽ tarqui
niũ erat inuectus haud mirũ eſſe ſupbo romę cogno
men. Iam eñ ita clam q̃dã muſſitantes vulgo tamẽ
eum appellabant.
Muſtũ nõ ſolum vinũ nouũ dicit̃: vt apud Oui. in faſ.
Pręmia de lacubus ꝓxima muſta tuis: ſed etiã quic-
quid nouũ. Nã muſtus a um: idem qđ recens. Unde
Plau. muſtũ iuuencã dixit. Neuius. Utrũ ſit melius
virginẽ an viduã: virginem ſi muſta eſt.
Muſteus a um qđ muſtũ: hoc eſt dulcedinẽ in ſe habet.
Vñ poma muſtea. Pli. Eſt tanta muſteis pomis ſua
uitas vt finis mãdendi nõ niſi ꝑiculo fiat. Dicit̃ etiã
muſteus recens. Idẽ li. xij. Amaritudo grano eadẽqꝫ
piperi muſteo. Colu. lib. x. Transfert̃ in vaſa fictilia
mel dum muſteus fructus deferueſcat.
Muſtaceus ⁊ muſtaceum legitur ſm ꝓbum libi genus
quod datur ad conciliandũ ſtomachũ a muſto ſeu a
muſtace lauro vt quidam putant nomen deductum.
Iuue: Cauſa nec eſt q̃re cęnã ⁊ muſtacea ꝑdas. Cato
de re ruſt. Muſtaceos ſic facito: farinę ſiliginee mo-
diũ vnũ muſto ꝯſpergito anyſum: cyminũ adipis põ-
do duo: caſei librã: ⁊ de virga lauri deradito: eodẽ ad
dito. Et vbi defrixeris lauri folia ſubtus addito dum
cõcoques. Pli. ſcribit eſſe genus lauri quã Leneus
grãmaticꝰ muſtacẽ appellat ꝙ muſtaceis ſubijceret̃.
Muſtacula eſt machinula ex regulis ex qua calceus no-
uus ſuitur.
Muſmones ſunt arietes. Pli. lib. viij. Eſt in hiſpania
ſed maxime corſica non diſſimile pecoris genus muſ-
monũ caprino villo q̃ꝫ pecoris velleri ꝓpius.
Muto as: transfero. Uar. Fac vt te aliquo cũ omni fa-
milia mutes. Qñqꝫ mutare variare. Vñ mutare ani-
mũ: mutare ſententiã dicimus. Qñqꝫ aliquid ꝓ alio
accipere: qđ vernacula lingua dicimus barata. Col.
lib. x. Quare dũ viridis ętas pulchritudinẽ corporis
conſeruat ęre mutandi ſunt. Sal. in Iug. Statuit tñ
Metellus pecoris ⁊ mãcipioꝝ prędas certatim age
re eaſqꝫ mutare cũ mercatoribꝰ vino aduectitio ⁊ alijs
talibus. Aliqñ ſine ablatiuo ꝯſtꝛ. Uirg. Nec nautica
pinus mutabit merces oĩs feret oĩa tellus. Sal. aſr.
Nemo niſi victor ꝓ pace bellũ mutauit. Huius cõ-
poſita ſunt Cõmuto. Demuto. Plau. Hic meo hero
amicus ſolus firmus reſtitit: neqꝫ demutauit animũ
firma fide. Immuto intus ſeu valde muto: renouo.
Idem in Am. Ita nũc hoĩes imutantur poſtq̃ꝫ pere-
gre aduenimus. Sal. Quibus rebus ꝑmota ciuitas
atqꝫ imutata vrbis facies erat. Permuto. Pli. lib.
xxxv: Poſtea donare opera ſua inſtituit ꝙ ea nullo ſa
tis digno pręcio ꝑmutari poſſe diceret.
Mutito as: pe. cor. ſepe facio: aut ſępe exercito: modo
vnũ: modo aliud. Gel. li. ij. Principes ciuitatis qui
ludis megalenſibus antiquo ritu mutitarẽt. i. mutua
inter ſe conuiuia agitarent.
Mutuũ dicitur ab eo ꝙ de meo tuum fit: vel qꝛ res quę
reddũtur mutantur. Et ꝓprie ſine vſura: fęnus cum
vſura. Plau. Nã ſi mutuo nõ potero certũ ẽ ſumã fe
nore. Paulꝰ. Mutuũ damus recepturi non eandẽ
ſpeciẽ quã dedimꝰ: alioquin aut cõmodatũ erit: aut
repoſitũ: ſed idẽ genus. Nã ſi aliud genus veluti ꝓ
tritico vinũ recipiamꝰ nõ erit mutuũ. Mutuus amor
dicit̃ cum par voluntas accipit̃ ⁊ redditur. i. vt ab eo
ameris quẽ ames. Dicimus: hic amat amicũ ſuũ mu
tuo amore. i. reſpondẽte: ⁊ mutuo amore tenet̃. Ter.
Meretrix adoleſcentẽ cuius mutuo amore tenebat̃
excluſit. Quintil. Ac ne tanq̃ꝫ paup quidẽ mercedem
accipiet: ſed mutua beniuolẽtia vtet̃. i. reſpondente.
Aliqñ mutuũ ꝓ vicario accipit̃. Apul. Mutuã tibi
operam pręſtitit. i. vicariam.
Mutuo aduerbiũ modo ſignificat inuicẽ. Ci. Mutuo
ſe amabãt. i. alter alteꝝ amabat. Modo e diuerſo vi
ciſſim. Idẽ. Fac me mutuo diligas. i. fac mihi in amo
re reſpondeas: ⁊ me viciſſim ames.
Mutuo as: mutuũ do. Quod etiam mutuũ do frequen
ter dicimus. Plau. in Tri. Si quis mutuũ dederit:
fit ꝓ ꝓprio ꝑditũ. Nã ego talẽtũ mutuo qđ dederã ta
lẽto inimicũ mihi emi: amicũ vẽdidi. Significat etiã
mutuũ accipio. Cecil. Ad amicos currat mutuatum
mutuet cã mea. Quomodo aũt differant mutuare et
cõmodare. vide in dictione Cõmodo.
Mutuor mutuũ: vel mutuo accipio. Ci. li. de fato. Ora
tor ab academicis ſubtilitatẽ ingenij mutuat̃. Plau.
Decẽ minas a patre mutuatus: quod etiã dici põt:
Sumpſit mutuũ vel mutuo.
Muto membrũ virile. Uide in dictione menta.
Mutuaticius a um: qđ mutuat̃: vt pecunia mutuatitia
Gel. Marieqꝫ i pecũię mutuaticię vſu atqꝫ cõmertio
Mutus a mugiẽdo quidã deduci putãt: cũ is qui loqui
non poſſit prorumpit tamen in vocem quę mugitus
potius quẽ ſermo videtur. Uel dicitur mutus: qua-
ſi minutus ꝙ eo ſenſu minutus ſit: Uel dicit̃ a muſan
do ꝙ hic non amplius q̃ꝫ mus dicat.

Mutę lrę dicunť ꝙ poſitę in vltimis partibus oratiōis obmuteſcere cogāt loquētes: vel qꝛ pue exiguęq; ſint vocis: vt cū mutū oratorē dicimus aut tragędū.

Mutio is: mutiui vel mutij itū. Et eſt mutire tanq̄ƺ muto ſignū facere ſeu ſtrepitum ſiue ſubmiſſa ⁊ imperfecta voce fabulari: aut vnū tm̄ verbū dicere. Ter. in And. Itaq; hercle nihil iā mutire audeo. i. verbū ſonare. Hiero. in exo. Apud oēs filios iſrael nō mutiet canis: ab hoie vſq; ad pecus. i. querulā vocē emittet. Plau. in cur. Uiden vt aperiunt ędes feſtiuiſſime nō mutit cardo. i. nō crepitat.

Muteo es mutui. a quo muteſco: mutus fio vel mutoꝝ more taceo. Lactā. lib. xvij. Cum in exitu lingua muteſcat. Hinc obmuteſco: de quo infra.

Mutilo as: pe. corre. trunco: aliquid detraho diminuo Tereñ. in Hecy. Ego ꝓpterea te ſedulo ⁊ moneo et hortor ne cuiuſq; te miſereat qn ſpolies laceres mutiles quęcūq; nacta ſis.

Mutili dicti ſunt boues ſine cornibus: aut capri. Et mutili dicunť hi a quibus ferro vel alia re aliquod membrū exertū ſit. Manci ṽo quibus membrū naturę vitio deſit. Iuue. Ergo tanq̄ƺ mancus ⁊ extinctę corpꝰ nō vtile dextrę. Debiles eos nuncupāt quibꝰ mēbrū vel vulnere vel morbo inutile ſit redditum.

Mutili vno modelo de ſpaldo vulgo dicitur. Uar. Sƺ pro colūbarijs in pariete mutulos aut palos in ordine ſupra quos tegiculę cānabinę fiunt cōpoſitę. Idē. Eas aluos ita collocāt i mutilis parietis vt ne agitēť neue inter ſe contingant.

## M Ante y

Mycene arū. ⁊ Mycena ę. pe. produ. vrbs pelopōneſi quā Perſeus Danaes filꝰ extruxit regiūcula in qua regnauit Agamenō: a mycena nympha ſic appellata.

Mycone es: ⁊ Myconos oni. pe. cor. inſula vna ex cycladibus. Sta. li. Achil. Cycladas hinc ſprete myconoſq; humiliſq; ſeriphos. Scribit Seruꝰ hanc inſulam terremotu diu laboraſſe. Quo ceſſante e mycone gyaros vicinis inſulis populos veniſſe qui eā tenerent ⁊ incolerent.

Mydia inſula: q̄ etiā delos dr̄ vna ex cycladibus.

Mydriaſis vocať oculorū cū pupilla quidē ipſa colorē nō mutat: ſed videť vltra naturalē ſitum multo latior interim: vt viſuƺ oēm adimat: iterim vt partē: res ṽo ipe minores q̄ƺ ſint appareāt. Ecōtrario in phthiſi maiores. Nam ⁊ pupilla contrahiť corrugaturq;.

Mygdonia regio littoralis macedonię in qua Niobe Tantali filia vxorq; amphionis in ſaxum verſa eſt: a mygdone rege ſic dicta. Iuxta hāc eſt inſula mygdon Ariſtoteles ſcribit mygdoniā eſſe Phrygiā lydie cōterminā. Solinus ṽo dicit hācante Bebryciā dictā ⁊ mox a Bithyno rege bythyniā dictam.

Myia latine muſca. Unde ⁊ Cynomia canina muſca. Mygiagrus: muſcarū deus appellabať.

Mylas oppidū: de quo Sene. lib. iiij. naturaliū. q. Circa meſſanā ⁊ Mylas fimo quiddā ſimile mare ꝓfert feruetq; ⁊ ęſtuat non ſine calore fędo. Unde illic ſtabulari ſolis boues fabula eſt.

Mylos latine mola: vnde Chiromylos mola manualis: a mylum ſiue mola.

Mymphur lignū mediocris lōgitudinis rotundū qd̄ loro circūuolutū circūagūt fabri in operibꝰ tornādis.

Myoparo genus nauigij tyrrheni piratici ex duobꝰ diſſimilibus formatum. Nam ⁊ medion ⁊ paron per ſe ſunt: paro quoq; genꝰ nauigij eſt. Uar. Iāq; duo parones habebāt inſtructos. Si. lib. iij. de rep. Nā cum quereret ex eo quo ſcelere ipulſus mare haberet infeſtū vno myoparone. Eodē inq̄t quo tu orbē terrę.

Myopas gręci vocāt in die parū vidētes μυω claudo et ωψ oculus quaſi myopes propter viſus hebetationē clauſis oculis intueri videanť. Hos latini Luſcioſos vocant. Alio noie greci myotilopas vocant a nocturno aſpectu. Auctor eſt Nonius Myopes q̄ latine luſcioſi vocanť ad lucernā nō videre.

Myopia vitiū hmōi. Sunt ⁊ myopie murium cauernule. μη nō οπτω video licet ſit

Myophanos muriū interfector: vel myoctonos radix aconiti ꝙ e longinquo mures interficiat.

Myra vrbs lycię cui diuus Nicolaus eps̄ pręfuit.

Myrrha arbuſcula eſt in arabia pręcipue naſcēs altitudo ei ad quinq; cubita: nec ſine ſpina: cortice duro et intorto: cuius gutta q̄ ſponte ſtillat viridis eſt ⁊ amara: quę eodē noie vocať myrrha arabica ſiue Stacte id eſt gutta ſiue ſtilla myrrhę. Eius virtꝰ eſt: vt corpa iputribilia reddat. Fuit ⁊ myrrha Cynare cypriorūƺ regis filia: q̄ in arborē ſui nois fertur cōuerſa.

Myrrheus a um: quod ex myrrha eſt. Proper. Myrrheaq; in parthis pocula cęca focis.

Myrinus pe. cor. nomen ꝓpriū. Mar. Nuper cū myrino peteretur myſia leſo. Myrinū pe. pro. Ariſtoteles vocat marē murenā q̄ dentē extra os habet.

Myrias adis numerus continens decē milia Myriades plura dena millia. Myriarches q̄ p̄eſt decē milibus. Mille ṽo χιλια dicunt.

Myrica pe. ꝓ. genus humilis virgulti in italia fere q̄s alio noie Tamaricas dicimus. Uirg. Nō oēs arbuſta iuuāt hūileſq; myricę. Scribiť cū ypſilo: qm̄ gręci μυρικη ſcribūt. Hinc Myricinus a um. pe. pro.

Myrtus arbor baccas ſaporis p̄cipui ꝓducens: ex quibus vinum fit qd̄ myrtidanum vocant. Item generoſum obſoniū qd̄ dicunt myrtatū.

Myrteus a um: qd̄ ex myrto eſt. Tibul. Et gerit inſigni myrtea ſerta coma. Hinc myrteā Venerē Priſci appellarūt. Pli. lib. v. Ara fuit romę vetus Veneris myrteę quā nunc Murtiam vocant.

Myrtinus a um. pe. pro. eiuſdē ſignificatiōis. Plinius Oleo myrtino illitum ſtatim reſoluitur.

Myrtetum locus myrtis conſitus. Diciť ⁊ Myrtetos Plau. in aul. Neſcio q̄ ſeruus e myrteto ꝓſiluit.

Myrtatū generoſum obſoniū appellať.

Myrtoum pelagus pars maris ęgei: ſeu quę eſt inter ęgeū ⁊ ioniū nomen accipiens a Myrtilo Mercurij filio qui in id proiectus fertur.

Myron ꝓpriū nomē ſtatuarij. Hic fecit ex ęre buculā celebratis verſibꝰ laudatā. Prop. Atq; arā circū ſteterāt armēta myronis Quattuor artificis inuida ſigna (boues.

Myronides nomen viri proprium.

Myrapia genus piroꝝ ꝙ odorē gratiſſimū reddant.

Myriſtica nux dicitur vnguentaria glans: quam vulgo muſcatā vocant. Hęc bonum oris odorem facit: epati lyeni ⁊ oculis confert.

Myropola pe. pro. vnguentoꝝ venditor: quem noſtri vnguētariū dicūt. Sic Myropoliū locus vbi vnguēta vendūtur. Plau. Quē ſum defeſſus querere ꝑ medicinas tonſtrinas in gymnaſio atq; in foro per myropolia. Latine vnguentaria taberna diciť. Sue. in Aug. Et modo vnguentariā tabernā modo piſtrinū Aricię exercuiſſe obijcit.

Myrobalanum quaſi vnguentaria glans βαλανος greci glandē dicunt. Eſt autē arbor heliotropij folijs fructus glandi ſimilis ad magnitudinē auellanę.

Myrothecium vnguētoꝝ repoſitoriū. Vn̄ Cice. ſcribit ſe myrotheciū ſocratis totū conſumpſiſſe in cōmentario conſulatus ſui ſcribēdo: hoc eſt pigmēta oratoria

Myrlea oppidū bithynię qd̄ Apamea dicitur a Myrlo Colophonioꝝ duce: vel a myrlea amazone Nicomedes aūt Epiphanes Pruſij regis filius de matris noie Apames Apameam vocari voluit.

Myrmecię verruce ſūt lupini amplitudīe: ſicut acrocordones fabę noſtratis ſic dictę qꝛ formicę mō pūgāt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Myrmecides nomē viri ꝓpriū de quo Cice. in acad. Ut etiā inter deos myrmecides minutoꝝ opuſculo/rū fabricatoꝛ fuiſſe videaꝛ. Suidas μυρμηκιδηρ αρίιπραΐΐομεροψ ΐηφειδιου ΐεχρη

Myrſus ꝓpriū nomen viri. Sic eñ vocatus fuit Can/daules pater qui myrſillus dictus fuit. Itē Myrſuꝫ peloponeſſi oppidum fuit.

Myrobrecbis quaſi vnguento ſtillātes μυρου greci vnguentō vocant βρεχω proluo ⁊ irrigo. Plau. in Aul. Myrobrechariꝰ pro vnguentoꝝ cōfectoribꝰ accipit ad capillos irrorātes. Ait eñ Aut manulearij aut myrobrecharij.

Myrobaptarij dicunꝛ tinctores murrei coloris.

Mys myos nomē fuit celatoris: qui claruit argēto celā do. Mar. Quis labor i phiala docti myos: an ne my (ronis?

Myſia regio helleſponti a myſis dicta qui e thracia illuc migrauerūt que ſubdita fuit Telepho. Eſt ⁊ alia myſia poſt macedoniā que affinis adriatici vſqꝫ ad ponticū extendiꝛ mare. Pto. Duplicē myſiā facit maiorē ⁊ minorē ⁊ vtrāqꝫ extra bithiniā in aſia poſuit nō ꝓcul ab ida Myſos alij thraces: alij lydos fuiſſe dixerūt. Et qm̄ lydi fagū acetoſaꝫ q̄ m̄lta naſciꝛ in olympo myſā vocauere ab eo Myſos dictos pu/tarūt qbꝰ ſermo fuit ex lydo phrygioqꝫ ꝑmixtus.

Myſteria a grecis dicunꝛ q̄ latini ſacra arcana ſecluſa vocāt q̄ niſi ſacerdoti ſcire nefas eſt Uñ occecatus eſt poeta q̄ auſus fuit ea patefacere. Dicta myſteria: vt lib. ij. ꝑpa. euā. teſtaꝛ Euſebius a μυσοσ qd latine ſcelꝰ dr. Hinc nō ſine myſterio fieri dicimꝰ qd occul/ta aliq̄ ſacroꝝ rōne ꝓficiſcitur. Uñ myſte dicti ſacer/dotes: vt apd Auſoniū Senecā ⁊ Papiniū. ⁊ Sym miſtecō ſacerdotes eiſdē ſacris initiati. Qua dictiōe Apul. Sidoniꝰ Hiero. vtunꝛ. In myſteriis aūt tra/debanꝛ multa archana q̄ i vulgus annūciāda nō ſunt cū auctore Tertuliano oibus myſteriis ſilentiū fides debeaꝛ. Scribit Euſe. in ꝑparatione euāgelica: In ſa cris Iſidis ⁊ ſeraphidis fuiſſe ſimulachrū qd digito labijs impreſſo admonere videreꝛ ſilentiū fieret.

Myſteriū a myſos qd latine ſcelus e vt dionyſio accidit vel myente attico illo qui venerando perijt vel quaſi mytrharia quaſi fabula quedaꝫ ſint. Nā Dardanus quidā deoꝝ fabulas in myſteria deduxit.

Myſticus a um: ꝓprie qd in archanis deorū ſacris fie/bat qualia erāt bacchi orgia que noctu clā a ſolis mu lieribus celebrabanꝛ. Uirg. Et myſtica vānus iacchi. Ipſa ſacroꝝ ſignificatio occulta vt ait Stra. myſtica diciꝛ. A noſtris tñ myſticū diciꝛ figuratum.

Mythos latine fabula. Uñ mythicus fabularis ſeu fa/buloſus. Mythologia ſermo ſeu rōcinatio fabularū

Myxa apud grecos ꝓprie pituita e naribus fluens que ⁊ Muccus diciꝛ. Unde ⁊ myxon muccoſus appella tur. Hoc eſt nares mucco ſordidas habens. Myxe/tis vero naris appellatur. Ex hoc Myxa ⁊ myxos. prominens pars lucerne vocatur ex qua profertur ellychniū quaſi ex naribus muccus. Hinc greci quo/tiens volūt ellychniū ꝓduci: vt luceat clarius προ/μυξαι ΐοψ λιχνοψ dicūt: noſtri vō Emūgere lu/cernam A myxos fit dimyxos q̄ eſt lucerna duo elly/chnia habens. Trimyxos tria. Polimyxos multa. Mar. Totqꝫ gerā myxos vna lucerna vocor.

Manduces erant laruato capite humano maxillas va/ſta magnitudine pariter vaſtis armatas dentibus ha bentes qui ſuo tanti oris hiatu dentiūqꝫ crepitu ſeſe in vtrāqꝫ partē vie dum flecterent ridentem turbam vertebant in fugam.

Matula: Matella: ⁊ Matellio vas ad deponendum ventris onus.

Malaciſo mollē reddo. Malacolos mollis. Unde ma lacia maris trāquillitas. Hinc malacus ca cū ꝓ mol li et delicato. Plau. in Bac. Pro lorica malacum ca piam pallium.

Materiarius faber qui ligna parare et subminiſtrare operi faciendo debet.

Malobathron: latine folium vnum inter odoramenta. Dioſco. Malobathron eſt herba que naſciꝛ in india ⁊ habet folia que extenduntur ſuper faciem aque et nō habet radicē: ⁊ eſt boni odoris.

Manna alio noie dicitur Roſmarinus.

Melliſophilos herba quā Boracū vulgus vocat.

Melilotū flos plāte coloris palee i q̄ eſt lunaris figura.

Melina: vt auctor eſt Feſtus genus tibie acutiſſimi ſo/ni. Eſt ⁊ genus veſtis apud Plau. in epi. a colore quē medius eſt inter album ⁊ fuſcum. Uel a melo inſula vnde afferebaꝛ. Iul. pol. Cādicantia in primis habe bāt veſtimenta peregre venientes vel phea vel meli na vel glaucina.

Mendicula veſtis a mendico ſiue a mendice qui magi/ſtratus nomen eſt: vt inquit Feſtus.

Manipula genere neu. Sparti. in Hadr. Ipſe inter ma nipula vitā militarem magiſtrans.

Miſericordia a miſero ⁊ corde cōpoſitū nomen eſt.

Mineruā appellauerunt ⁊ filiam Iouis ac virginē pu/tarūt. Nam ⁊ incorruptibilē aiunt eſſe natura ⁊ extre mū locū vniuerſi obtinere contendūt. Tritoniaꝫ vō appellatam qm̄ ter in anni ſpacio vere eſtate hyeme cōmutatur. Glaucopin. i. glauculā vocari contendūt non quia vt nonnulli greci putarunt glaucos habeat oculos quod nomen ipſuꝫ denotare videtur: ſed qm̄ aer viſum animalibus prebeat.

Mamona hebraice vel ſyriace latine diuitie interpretā/tur: qꝛ punice mamon lucrū dicitur. Mamona ergo iniquitatis iſte diuitie vocanꝛ etiā cum iuſticia acquiſi te ⁊ que iure parentū ſuccedūt: qꝛ cum labore acqui/runꝛ ⁊ cū magna ſollicitudine cuſtodiunꝛ ⁊ ſine iniq/tate aut vix aut raro haberi poſſunt.

Margus fluuius aſie minoris qui ꝑ maſſagetas ac der/bitas in oxum amnem defertur.

Mars: Ares grece appellaꝛ qd regnis auxilium pugna oppreſſis afferre ſignificat.

Metrodorus chius: ſempiternum eſſe vniuerſum ait. Nā ſi factū eſſet: eſſet a nō ente. Infinitū etiā quoniā ſempiternū cū nō habeat principiū vnde incipiat: nec exitū quo terminetur: imobile quoqꝫ aſſerit: quoniaꝫ moueri non poſſit qd non tranſeat. Trāſire autē ne/ceſſe eſt: aut in plenū aut in vacuū: in quoꝝ alterū trā/ſitus fieri nō pōt. Ex ethere aūt fieri nubes denſatiōe inde aquā que ad ſolē decurrēs extinguit ipſum: quē rarefactus rurſum accendiꝛ: ſolem ſiccitate conſtipa/tum ex aqua ſplendida ſtellā efficere. Dicit etiā diem ac noctē inde fieri: ꝙ ſol extinguaꝛ atqꝫ accendaꝛ. Ec/clypſim quoqꝫ extinctione fieri.

Menoles dictus eſt Dionyſius qd latine totū furentē ſignificat: cui bacche orgia celebrant ⁊ crudas carnes comedentes ſacro furore initiantur euan: euan. con/clamantes: que vox aſpirata ſm̄ exquiſitā hebreoruꝫ linguam feminei ſexus ſerpentem ſignificat.

NLittera ſi pricipa lis fuerit ſyllabe aliqn̄ ſumit ante ſe g. vt Narus gnarus. Uñ ignarus nauus gnauus: vñ ignauus: ⁊ ſi ha/buerit poſt ſe c. ſepe c in g mutaꝛ: vt quadringēti ꝓ quadrincēti: quingē/ti ꝓ quincenti. Sed in quibus n nō fuerit ſeruaꝛ c. vt ducenti.

## N Ante A

Nabathea: regio eſt ab arabia incipiēs: eāqꝫ intra ſe cō/tinens que vſqꝫ ad mare rubrū ex latere dextro: ꝑſicū